Boston Public Library

PURCHASED FROM THE

Maria Whitney

MEMORIAL FUND ESTABLISHED BY

James Lyman Whitney

BIBLIOGRAPHER

AND SOMETIME LIBRARIAN

REVEREN. PATRIS FRATRIS SILVE
STRI PRIERIATIS OR. PRE. AC
THEOLOGIE PROFESSORIS
CELEBERRIMI SACRIq; PA
LATII APOSTOLICI MAGI
STRI DIGNISSIMI DE
STRIGIMAGARVM DE
MONVMq; MIRAN
DIS LIBRI
TRES.

M 1565 . M27 D5 1921

¶ Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo D.D. Auguſtino.S.Ro.E.Sã
cti Hadriani Diacono Cardinali Triuultio F.Syluester Prierias Or.
Pre.& Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter S.D.

O ptabat apud Homerum Dux Grecie Agamẽnon Reuerẽdiſſime domine Decem ſibi Neſtoras diuinitus dari non dubitans quin conſilio eorum breui eſſet Troia peritura. Quod profecto in maximã prudẽtie laudẽ cedere fatendũ eſt/quum tanti uiri iudicio ſola ipſa illud facile & cito potuiſſet/quod tot imperatorum,tot prĩcipium,tot copiarum fortitudo tam difficile ac tam lõgo tempore uix potuerit.Quamorbrem quum in bellis conficiendis , tum in reliquis humane uite rebus bene gerendis prudentiam tantum excelere uirtutibus ceteris,quas morales uocãt,uidemus.q̃tum ſolem cernimus ſtellis omnibus antecedere.Si igitur clari Scipiones clari Manlii ꝙ ob inuictas animi & corporis dotes,ob deletas urbes atq̧ prouincias,ob deuictos hoſtes,illi quidem Africani,hi uero Torquati dicti ſunt,q̃to clarius & illuſtrius Gentis Triuultie cognomentum cenſebimus quod ab ipſa bonorum omnium matre prudẽtia profectum eſt: Nam quum treis eſſe uirtutis illius partes ſapientes uiri definierint preteritorum memoriam, Intelligentiã preſentium,futurorumq̧ prouidentiam:Ianumq̧ antiqui idcirco bifrontem finxerint ꝙ preterita atq̧ futura proſpiceret:cur nõ Trifrontem ac Triuultiam eam Gentem dicamus que ab illuſtriſſimo tribuſq̧ illis prudentie partibus clariſſimo. Heroe originem duxerit,ſemperq̧ talibus uiris non ſecus atq̧ celum innumeris ſyderibꝰ ornata terrarum orbi ſpectabilis ſemper fuerit & admiranda: Et ut ĩnumerabiles huiuſcemodi ſtellas pretaream ne me aut copia obruat aut inuidia defatiget illa tantum duo magna mundi lumina que noſtra nuper ſecula uiderunt attigiſſe ſufficiat Ioannem Iacobum & Antonium Triuultios:quorum alter Phamigeratiſſimus. Imperator ad omnia noſtre memorie bella conficienda,ea prudẽtia uirtute & fortuna cunctis excelluit,ut & Hannibalis iudicio inter Alexandros Pyrrhos & Scipiones digne ueniat numerandus: Alter uero Comenſis Pontifex & Cardinea dignitate inſignis tanta omnibus in rebus temperantia,tanta conſtantia,tanta integritate,tanta fide claruit,ut in multis legationibus quibus feliciſſime.

Functus eſt nulla res tanta fuerit ac tam difficillis, quam ille non et prudentiſſimo conſilio rexerit & ſingulari uirtute cõfecerit: Is demum quem tu patruum habuiſſe ſemper grata cum recordatione leteris. Nam quum Triuultiorum ſplendorem omnibus gentibus illuxiſſe uideas, tum maxima etiam gaudia ex illis uirtutu ac dignitatis Cardinee fulgoribus qui hereditario quaſi iure ad te peruenerunt cor tuum tacitum pertentant, dum uere & teipſum in patruo & in te patruum recognoſcis. Neq enim aliud quippiam de tuis laudibus in preſentia recenſebo niſi ex Triuultiis uere Triuultius, ſummis, mediis, infimis, tua facilitate, tuo ingenio, tua humanitate facias ſatis: Tanto autẽ doctos uiros amore proſequaris, ut omnes obſtricti tibi ſint ac deuincti neq mirari non poſſint in te Iuuene illas treis prudentie partes enitere, qñquidem bonas literas in primis colas ab ipſa certe adoleſcentia doctus quum exemplorum uetuſtate tum preſentium preceptis & future glorie ſtimulis nihil magis a ſitu ac tenebris noſtri memoriam uendicare litterarum lumen. Quas ob res iure optimo tuus eſt quicquid eſt liber iſte quem ſuperioribus diebus de ſtrigimagarum demonumq mirandis compoſui: atq ita nominatim tibi illum dedico non partem aliquam tuorum in me meritorum hoc pacto referenda in gratia conſequi poſſe confidam, ſed ut maximi erga te amoris mei teſtis ſit & obſeruante ſempiterne. Et quoniam in ipſo crudeles caco demonum pugnas aduerſus homines intueberis, conſideres tamen non minus formidandas mundi huius inſidias, domeſticaq uitiorum bella, que ut magna ex parte aliquando ſopiãtur, optarem quemadmodum Agamemnon decem tui ſimiles darentur nobis diuinitus Auguſtine Triuultie & patrie & urbis Rome decus ternobile. Vale. Rome Calendis martiis. M.D.xxi.

Index libri primi.

Que ſit authoris intentio capitulum primum
Qui ſint demones ac ſtrigimage:& q eorũ effect⁹ capitulũ ſecũdũ
Animam humanam eſſe ſpiritum & non corpus ſubſiſtẽtem & nõ inherentem capitulum tertium
Animam humanam immortalem eſſe capitulum quartum
Animam humanam immortalem eſſe demente ariſtotelis incidenter capitulum quintum
Aliquas eſſe ſubſtantias intellectuales humana anima preſtantiores capitulum ſextum
Aliquas eſſe ſubſtãtias ĩtellectuales in corporeas capitulũ ſeptimũ
Quid de ſubſtantiarum incorporearum ſeu intelligẽtiarum natura ſenſerint philoſophi pcipue Plato & Ariſtoteles capitulũ octauũ
Quid de intelligentiarum natura & numero:habeat philoſophia uera & chiſtiana traditio capitulum nonum
Aliquas ſubſtantias immateriales ſeu intelligentias poſſe peccare & eſſe malas capitulum decimum
Aliquas ĩtelligẽtias actũ & reipſa eſſe malas & peccatrices capi.xi.
Qualiter & quot intelligẽtie peccarunt capitulum duodecimum
Intelligentias malas ſeu demones in naturali ſapientia eſſe preſtãtiſſimos capitulum decimumtertium
Demões naturali uirtute eſſe potẽtiſſimos capitulũ quartũdecimũ
Ex dictis reddi poſſe rationem omnium mirandorum effectuum demonum ac ſtrigimagarum capitulum ultimum

Finis primi.

Libri ſecundi Index

De intellectu capituli epiſcopi.26.q.5 capitulum primum
Eſſe in rerum natura maleficia capitulum ſecundum
Eſſe in rerum natura ſtrigas ſeu lamias capitulum tertium
Eſſe in rerum natura ſtrigimagas capitulum quartum

Strigimagarum genus cum incubis & ſuccubis reſpectiue in illecebris flagitioſe domeſticeq; uerſari capitulum quintum
Mirandos effectus maleficiales ſtrigimagas habere circa uenerea capitulum ſextum
Morbos omnes per ſtrigimagas a demōibus hominibus ac iumētis & terre naſcētibus leſiones ueraciter inferri capitulū ſeptimum
Quod ſe & ſtrigimagas demon per uarias ſpecies formaſq; demōſtret capitulum octauum
Quod aduerſus ſtrigimagarum ueneficia remedia multa preſeruatiua non deſint capitulum nonum
Quod aduerſus ſtrigimagarum ueneficia remedia uana non congruunt capitulum decimum
Quenā aduerſus ſtrigimagas uera remedia cōgruāt capitulum.xi.
Aduerſus morbos omnes in gñe: per exorciſmos remedia ac de modo exorcizandi capitulum ultimum.

Finis ſecundi.

Libri tertii Index.

An in ſtrigimagas ut ī hereticū genus ſit aīaduertēdū capi.primū
Proceſſum in ſtrigimagas pratice inchoari obiter capitulū ſecūdū
Proceſſum in ſtrigimagas cōtinuari pratice & obiter capit. tertiū
Sententias pro terminatione proceſſus in ſtrigimagas uariomō ferri pro uarietate ſuſpicionū ,pbationū & ꝯfeſſionū capi. ultimū.

Finis tertii.

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Boston Public Library

http://www.archive.org/details/destrigimagarvmd00mazz

¶ De Strigimagarum demonumq; mirandis: per eximiũ ſacrorum litterarum profeſſorem fratrem ſiluestrum de prierio. Sacr. Palatii apoſtolici Magiſtrum. Liber Primus.

Que ſit authoris intentio. Capitulum primum.

DEuorant plebem meam ſicut eſcam panis. ps. 13. Verba ſunt pſalmiſte: ſpũſancto edita: quibus ſiue ipſius ſenacherib. ſiue (ut nõnullis placet) nabuchodonoſor facinora patrata narrans: (quorũ utreq; balſphemus in deum: & in dei populum iniuſtus fuerit & uiolentus inuaſor: in eo tñ ſenſu quem allegoricum dicunt: & diabolum & diabolicos homines effingunt: qui deum neq; aut rebus aut uerbis aut utiſq; negant. Eiuſmodi. ſtrigi magi & crebrius femineo genere ſtrigimage ſũt: ſic a nobis dicte ꝙ nõ ſtrige modo: uerũ ẽt & mage ideſt malefice ſunt (magi enim idẽ & malefici, 26. q. 5. nec mirum) que ueram fidem negantes: ſalutifere crucis admirabile ſignum adeo parui faciunt & uilipendunt: ut nephario pede conculcent: necnon dei populum innumeris (ut ex dicendis clarius extabit) maleficiis afficientes uorent: inſidiantes herbis. ſegetibus. plantis. brutis. hominumq; corporibus: & quod hiiſce longe deterius eſt: etiam animabus adeo ut .s. s de hiis & quidem merito eiu tarit: deuorant plebam meam: mee uidelicet plebis fructus pecudes corpora. itẽ & animas. Hec uero & pleraq; alia: eo licentius & fidentius efficiunt: quo paſtores nõ dormiunt modo: uerũ etiam interdum profundiſſime ſtertunt: nõ euigilantes ad cuſtodiam agnorum & ouium ueri ſummiq; paſtoris: uerũ ad nudationem: ad mulctram: ad deuorationem: imo ad pecoris excoriationem uigilantiſſimi: eo uel maxime ꝙ cum pleriq; ſuis ſcandalis oues in precipicia cogant: addunt ignorantiam: decepti per textum capituli epi. 26. q. 5. quia etiam inquiſitoribus heretice prauitatis: chriſtiane doctrine & proinde fidei zelatoribus ſeſe opponãt: tot dei blaſphemias. tot turpiſſimos actus. tot horrenda facinora. tot crudelia & ſeua maleficia: fantaſmata & illuſiones aſtruentes. Cupiens uero & omnibus precordiis affectans: ne ſerpat. eiuſ

mōdi tam rudis ignorantia: huius rei ſecreta q̄tum.s.s. uires ſub miniſtrarit & dederit reſerare ſtatui :idq; tribus uoluminibus effi ciam. Horum unus de principiis & cauſis erit cum mirandorum, tum etiam nephandorum operum ſtrigimagarum ac demonū ſpecialiter:in genere uero omnium eorum hominum qui malis item & noxiis artibus auxilio malorum demonum.uacant & inni tuntur:cuiuſmodi ſunt nigromantici omnes,incantatores,ſortile gi:& omnino qui diaboli uel conſilio uel auxilio aut uere nocēt aut falſo ſuffragantur. Quia uero noſtri temporis magnates diui nis litteris aut parum aut nihil ſeu uacant ſeu credunt:ex uere phi loſophie abditiſſimis archanis:omnium eiuſmodi mirandorum que cernimus,necnon ex chriſtiane pietatis philoſophis, & diuo thoma in primis : eorum omnium que oculis quidem cernimus mente uero ſomnia dicimus : rationes & cauſas,reddere ſtatui. Se cundus uero liber, de ipſis mirandis erit:& de ſecta ipſa ſtrigima garum necnon de peſſimis eius effectibus: item & de remediis o portunis. Tertius autem de eo modo quo explodatur genus hoc peruerſiſſimum cum uirorum tum mulierum precipue:quod dia bolus pro exploſa idolatria mundo inferre curauit: quod equidē humani generis inimicum diabolum colit,ueneratur,adorat :nō iam in ſculptilibus, aut certe ignoranter: acſi ſpiritum bonum:ut olim:ceterum potius ſcienter & in corporeab ipſo ſathana:ex aere & craſſo terre uapore compaginato : in quo uanorum hominum ſenſibus ſeſe ingerat adorandum . Et quanq̄ de eiuſmodi nōnulli ſcripſere ex ordine diui patris Dominici:uelut Ioanider pene no bis contemporaneus, in preceptorio & formicatorio ſuo: necnon directorium inquiſitorum : item & poſtremo uir magnus Henricus inſtitoris ac ſocius:quorum ēt opus quod maleficarū malleus inſcri bitur uniuerſitate colonienſi,pbatur.&nōnulli alii quos oportunius deducemus in mediū:his tn̄ non obſtantibus , preſentē noſtrū la borē ne dū oportunū , uerumetiā neceſſariū duximus:ſiue ergo q nō nulla & quidē fūdamēta pcipua,ut ea oīa q̄ toto libro primo de ducemus intacta reliquerint:ſiue q alia breuius q̄ res ipſa poſtula rat:nōnulla etiā ,plixe nimiū retigere:ſiue q docēdi modū nō ſer uarint:q̄ res tediū maximū lectori afferat opret. Igitur deo opt. ma ximo chriſtoq; domino ac eidem uero deo his uerſiculis inuo

cato:da pater anguſtã celi conſcendere ſedẽ:da facilẽ curſum atq;
audacibus annue ceptis:rem aggredior.

Qui ſint demones,que ſtrigimage:& que miranda quorum principia exequuntur. Cap.ii.

T Vero quiſq; ſtatim norit quid querimus: quid ue
molimur:& quorum exquirimus abditiſſima prin-
cipia:ut demones omittamus omniũ,malorũ eiuſ-
modi ex animo uel occaſione principia: qui aliud
ſunt nihil q̃ ſubſtantie immortales intellectuales,
natura bone,uoluntate male:de quibus infra multa ſumus elocu-
turi:reliqua paucis punctis explicanda ſunt.

¶ Primum.Hoc genus uirorum aut certe uerius feminarum,qui
bus demon malus acſi inſtrumentis in perniciẽ populorum uti-
tur & abutitur:& ſi multa ſimplicia nomina obtinuerit:nullum ta
men eiuſmodi nomen omnem eorum maliciam ſonat & com-
plectitur.Nam plerumq; italico ſermone maſchare uocantur. id
eſt larue aut laruate perſone:ſcilicet ꝙ laruatorum inſtar plerumq;
incedant, demonum uirtute incognite & inuiſe ac itidem noce-
ant. Non nunq̃ uero ſtrige per metaphoram.ſ.ꝙ uel nocte preci
pue in maleficiis uerſentur: eſt enim ſtrix auis nocturna a ſtriden-
do dicta,ꝙ ſcilicet clamando ſtridat:de qua luc.in.6. quod trepi-
dus bubo quod ſtrix nocturna queruntur:que & a puerorum cor
puſculis ſanguinem ebibit.Vſitatius uero dicũtur lamie:non a uo
luptuoſa uita quã cum diabolo incubo aut etiam ſuccubo ducũt
ſed a maleficiorum crudelitate. Eſt enim lamia beſtia monſtruo-
ſa:apud glo.iſay.54.cuius pedes equinos: cetera uero mẽbra huma
nam effingũt ſpẽm & figuram. Vnde ſecundũ Greg.34.mora ha
bet humanã ſpẽm:corpus uero beſtiale.Eſt uero adeo crudelis ut
proprios filios dilaniet:unde & lamia quaſi lania dicta eſt. Sed
hec nomina cum ſimplicia ſint:naturã totam eiuſmodi hominũ
exprimunt minime:cum inſuper ex toto genere ſint infideles (a-
poſtatant enim a fide)ſint uoluptuoſi,ſint malefici: adeo ut etiam
in propria pignora ſeuiant & ſua exerceant facinora:q̃q̃ ad hec ple
rumq; ab eo cui ſe dedere diabolo etiam inuiti coguntur. Verum
quia uoluptuoſi nocte uel precipue uoluptuoſi eſſe noſcunt, male
fici uero & nocte pariter & die maleficiis incumbunt: rectius a

noctuma aue &maleficiis ſtrigimage dicātur:& gñe quidem femineo q.ſ.abundantius ſexu femineo conſtent.

℄ Punctum ſecundum. Primus harum effectus: cuius nobis effectiua cauſa ueſtiganda eſt: apoſtatatio ē a chriſtiana fide: cui ſicut & baptiſmo abrenunciant: ut patebit: adeo ut conculcēt crucē: diabolum uero adorent. ei ſe penitus dedicantes. Qui equidem effectus non eſt mirabilis, ſi libertatem humane uoluntatis cōtemplari libuerit: quippe que libere in omnia feratur: ē uero mirabilis ſi humanum contemplemur ingenium: quonam ſcilicet modo poſſit id diiudicare homini conducens ac bonum: ut relicto deo bonitatis fonte, & patēte generis noſtri, ſponte ac ſcienter ſe diabolo tradere omniū (ut ita dixerim) peccatorum ſuggeſtori ac proinde authori: atq; exequendo punitori: necnon humani generis inimico precipuo: non aliter q̄ ſi puer: parentum ſinum effugiēs: aut leoni: aut ſerpenti ſeſe agglutinet deuorādus. Unde etiam huius cauſa conſideranda erit. Ne uero eiuſmodi effectus alicui incredibilis uideatur: ex his que dicemus nullus id poteſt niſi proteruiendo negare. Nam ut proceſſus iuridice inſtitutos (qui numerū ſui multitudine non habent) omiſſos faciamus: maxime uero eos qui per magiſtrum henricum inſtitoris & ſocium inquiſitores in partibus germanie editos: nunc Rome apud iudices partim & apud inquiſitorem cumanum partim ſunt proceſſus ad. 30. uſq; numero omnes in agro cumano. in terra muſi editi: ex quibus cum īfinitis aliis uidere licet. nullum ad uoluptuoſa flagitia que in ludo diabolico explentur admitti. niſi penitus auertatur a deo & ad diabolum conuertatur. omnes enim his proceſſibus affecti. quorū pars eſt per abiurationem ad penitentiam admiſſa: pars uero ignibus exploſa: fidem negarunt. crucem calcarunt. diabolum adorarunt aut homine aut diabolo inſtigante. Cum enim ad hanc ſectam cū uiri tum mulieres inducuntur: & id aut ab homine (quod crebrius eſt) aut a diabolo. quod maxime tempore tribulationum accidere dixeris. utrouismodo fiat dictus ordo ſeruatur. Quin etiam ſunt aliqui modi profitēdi in hac ſancta diabolica religione: ut ex innumeris huius ſecte hominū cōfeſſionibus conſtat. Unde ut recitant & experti ſunt auctores dicti mallei: duplicem obſeruant profitendi modum: ad inſtar religionum chriſti: unum ſcilicet ſol

emnem alium priuatum. Et priuatus quidem fit in omni loco: & tempore diuerſis mediis. Interdum enim aduerſa fortuna triſti bus. demon triſtem alloquitur: aut per ſeipſum uiſibiliter. aut per mediam perſonam: & ſi ſecundum eius conſilia triſtis ſe acturum ſpondet: omnia profutura ad nutum pariter ſpondet: & dehinc ad predicta inducit ordine quodam. a leuioribus ſumpto principio, Nonnunq̃ etiam huius diabolice religionis profeſſores: cum ex ſua ſolemni profeſſione ut libro. ii. patebit teneantur alios pro uiribus ad dictam ſectam attrahere: his de quibus fidunt: promit tunt gaudia magna cum mulieribus ſi uiri: aut cum uiris ſi ſunt mulieres: & deinde ſi aſſentiunt inducunt ad predicta facinora: ne gationem ſcilicet fidei: conculcationem crucis: cultum diaboli: & eiuſmodi. Et ita eſſe infiniti proceſſus aſtruunt: Modus uero ſolemnis profeſſionis hic eſt Determinato loco & die: diabolicis iſtis religioſis in concionem uocatis: apparens principalis demon in aſſumpta effigie. ad ſeruandam ſibi fidelitatem cum temporalium felicitate & uite longitudine hortatur: & tũc magiſtra nouitie uel nouitii: illam uel illum diabolo commendando offert Qui ſi nouitiam de abneganda fide & cultu chriſtiano & extẽſa muliere (ſic enim reginam uirginum appellant) & ſacramentis nunq̃ ue nerandis uoluntariam deprehenderit: protẽſa hinc inde manu. ſti pulãtur. Et ſtatim ſathanas ſubiungit: hec ſufficere minime. Noui tia uero querente: quid ſupereſſit ſpondendum: ſubinfert. Homagiũ oportet exhibere: quod ſcilicet id continet: ut in corpore & in ani ma ſibi eternaliter attineat: & quoſcunq̧ alios utriuſq̧ ſexus pro uiribus ſibi aſſociare curet: adiungẽs ut certa unguẽta ex oſſibus & membris puerorum & precipue eorum qui fonte baptiſmatis re nati non ſunt: ſibi conficiat: per que inquit cunctas tuas uolunta tes me aſſiſtente & iuuante perficies. Hũc modum dicti inquiſito res ſe didiciſſe dicunt: in opido brixiacho dioceſis baſilieñ. plene informati per iuuenculam maleficam quidem. ſed penitentem & ſub iureiurando interrogatam. Cui rei etiam fidem affert: quod refert uir preclarus & pene noſtris temporibus uiuus io. nider in ſuo formicario: ex relatu inquiſitoris eduenſis dioc. ꝙ ſcilicet in ducatu lauſañ. quidam malefici proprios natos coxerant & man ducarant. & ꝙ modus diſcendi hanc artem fuit. ut maleficis in cõ

cionē uocatis:opere eorum demonē in aſſumpta imagine hominis uiderent,cui nouitius neceſſario det fidem de negādo chriſtianiſſimo:& euchariſtia nunq̄ adorāda :&calcāda cruce ubi latenter id poſſet.Ad hec accedit q̄ idem ibidem refert fuiſſe cōmunē famā referente petro iudice in boltigem,tredecim infantes in terra bernenſium deuoratos:ꝑpter quod iuſticia publica animaduertebat in tales.Querēti uero petro a quadam malefica : quonā modo pueros uorarent:dixit q̄ inſtante demone,pueris inſidiant̄ maxime non baptizatis:& crucis ſigno nō munitis ne .ſ. baptizentur & ſaluentur:quos ad latera parētū uel in cunis occidimus:& de tumulo deinde exceptos in caldario uſq̧ ad oſſium euulſionem decoquimus:tota carne in potabile quid reſoluta , ex craſſiori parte unguentum conficimus noſtris artibus & tranſlationibus acōmodum:ex reliquo humore utrem aut flaſconem replemus quo qui fuerit potatus:paucis additis ſtatim ſecte noſtre magiſter efficit̄. Acceſſerit q̄ reffert idem in dicta bernēſi exequutione.captum iuuenem cum uxore maleficos: aſſerentē ſi ſpes ſibi fore poſſet ſalutis:omnia ſe reſeraturū . Aſſerētibus uero litteratis qui aderant: id poſſe fieri modo ueraciter peniteret & ſuadentibus:ordo inquit talis eſt:quo etiā ſeductus ſum . Oportet enim futurū nouitium uel diſcipulum:dominica die ante aque benedicende conſecrationē cum magiſtris eccleſiam intrare,& coram eis fidē baptiſma & uniuerſalē eccleſiā abnegare:deinde homagium preſtare magiſterulo:ideſt demoni,quē nomine diminutiuo ſignificant qn̄ abſens eſt.ne nomen aliud his q nō plene diſpoſiti ſunt terrorē incutiat:licet interdū.ſ.a bene diſpoſitis ipſe demon homagiū preſentialiter excipiat:deinde inquit.bibit de utre predicto:quo facto ſtatim ſentit ſe interius artis noſtre imagines concipere,& retinere ſuper ſecte huius ritus precipuos.In hūc inquit modū ſeductus ſum & uxor mea:quā tn̄ tante obſtinatiōis exiſtimo:q̄ malit mori & cōburi potiuſq̄ fateri:& ita actum eſt,iuuene mira contritione ut uidebat̄ extincto.Ecce ergo qualiter primo deum negant q̄ adorent diabolū:& prius diabolum adorāt q̄ admittant̄ ad ſecretiora ludorum & maleficiorū. Vnde contra eum qui faſſus eſt ludū diaboli ſe gratia uoluptatis intraſſe,eſt ſuſpitio uiolenta q̄ negarit fidē,& diabolū adorarit:cū alias nunq̄ aliter uiſum ſit

¶ Punctum tertium. Secundus effectus uoluptas eſt incuborum & ſuccuborū ſeu certe cū incubis & ſuccubis reſpectiue. Qui equidem effectus eſt mirabilis: ut homo cum ſpiritu habeat coitum actiuum aut etiā paſſiuū: & adeo realiter ut inde naſcatur nō homo modo uerū etiam gigas: ut omnibus theologis placet. Huius ergo cā inueſtiganda eſt in hoc primo libro: ex qua in ſecundo ſoluent infinite queſtiōes. Quod uero ſint hmōi cōcubitus inter homines & ſpiritus, etiā nullus niſi proteruiendo negare pōt: cū hoc infiniti pceſſus aſtruant: & ſit ſacris doctoribus ac litteris diuinis conſentaneum. Dicit enim per moſem geñ 6 Gigantes aūt erant ſuper terram in diebus illis. Poſtq̄ enim ingreſſi ſunt filii dei ad filias hominum: illeq; genuerunt: iſti ſunt potentes a ſeculo uiri famoſi. Quod pertractans aug. etſi in ordine ad poetarum fabulas. 3. de ci. dei ca. 11. ſub dubio relinquit, dicēs: utrū potuerit uenus ex cōcubitu anchiſe eneam parere. ſub dubio relinquamus: nā q̄tum ad pceſſum ſcripture: pene inqt in ſcripturis talis queſtio oritur q̄ queritur: utrū preuaricatores ſpūs cum filiabus hominum concubuerint: unde natis gigātibus. i. nimiū grandibus & fortibus uiris tunc terra repleta eſt. Sed in ordine ad ſacras ſcripturas libro. 5. ca. 23 queſtionē determinans ait. Creberrima fama eſt. multiq; ſe expertos, uel ab eis qui experti erant (de quorū fide dubitandū non eſt) ſe audiuiſſe confirmant: ſiluanos & faunos quos uulgus incubos uocat, improbos extitiſſe mulieribus: ac earum appetiſſe & peregiſſe concubitum. Et quoſdam demones quos duſios galli nuncupant, aſſidue hanc immunditiam & tentare & efficere: plures taleſq; aſſeuerant: ut hoc negare impudentie uideatur. Hec ille. Poſtea uero ibi determinat illam queſtionē geñ. 6. ſuper illis uerbis uidētes filii dei filias hominū an. ſ. cum filie hominum eſſent filie cain & ſucceſſorum: filii dei debeant intelligi per gratiā. i. filii ſet: uel per creationē. i. angeli mali: & dicitq; nō de incubis ſolū intelligit: ubi uid. uelle q; utroq; modo poſſit intelligi. Ubi dicit gl. Nō eſt incredibile nō ab hominibus ſed ab angelis uel quibuſdā demonibus qui mulieribus ſunt improbi, eiuſmodi homines. i. gigātes procreatos: de quibus in littera dicitur gigantes autē erāt ſuper terram. Iſido. quoq; libro octauo capitulo ultimo tractās illud iſay. 13. piloſi ibi ſaltabant: huic ſententie teſtimoniū adiicit

dice s in hec uerba. Piloſi qui grece paniſci.latine incubi appellantur.unde & incubi dicuntur ab incubando.hoc eſt ſtuprando: ſepe enim improbi exiſtunt etiam mulieribus & earum peragunt concubitum:quos demones galli duſios uocant:quia aſſidue hác peragunt immunditiam. Quem autem uulgo incubonem uocant.huuc Romani faunum ficariũ dicũt:ad quẽ Horatius dicit. faune nympharum fugientium amator: per meos fines: & aprica rura. lenis incedas. Tranſeo infinita experimenta:que ipſe noui qualiter plerumq; uiolat per uim: deo permittente: caſtas ſed forte elatas moniales:qualiter noui mulieres ſponte tales amaſios habentes.que ab hoc morbo curari nolunt.Iſta uero aut declamari.aut ad feminarum aures attingere:peſſimum foret: q; facile ſuis libidinibus explendis:demones aduocarent.

❧ Punctum quartum.Effectus tertius eſt delatio uelox per multa ſpacia terrarum.Qui equidẽ mirabilis eſt rudibus:peritis aũt non: quippe qui norunt iferiora corpora.quo ad localẽ motũ. angelis ẽt ſathane obedire ad nutũ & qui hominẽ ſi debilitas eius & anhelitus pateref:poſſẽt tempore in preceptibili ſicut mouere.ita & ferre ab ortu ſolis ad occaſum:de quo ad preſens ſuperſedeo: in hoc eodem uolumine ſpeciali capite multa ex archanis phie dicturus. Ita autem eſſe poſſe.ut demon permittente deo hominem ferat: & littere ſacre. & philoſophie documenta teſtantur:ut patebit: ita autem aliqñ eſſe.& experimenta & magorum opera & inquiſitorum infiniti proceſſus atteſtantur:ſed quia de hiis in ſecundo uolumine intellectũ. ca.epi.26.q.5 daturi multa dicemus:ad preſens uerba ſuccido.

❧ Punctum quintum. Effectus quart⁹ eſt apparitio:qua diabolus apparet nedum fantaſie modo:uerum etiam ipſis ſenſibus corporis: informa uiri aut mulieris aut beſtie aut alicuius inſenſibilis:ſicuti teſte Greg in dialogo mulieri in ſpẽ latuce apparuit.Qui equidem effectus mirandus eſt:quo nam ſcilicet pacto aliquod corpus ſic compaginare diabolus poſſit :ut humanum. uel equinum. uel eiuſmodi uideatur. Ita uero in facto quandoq; eſſe :etiam littere ſacre aſtruunt: angelus enim ſathane: apoſtolo docente:transfigurat ſe in angelum lucis:quem ſcilicet dubium non eſt in uariis ſpeciebus apparere:tam in ſompno q̃ etiã in uigilia.Aſtruũt & hiſtorie & experimenta

tie & experimēta nũero īfinita & theologi ac oēs poete clamant.
¶ Punctum ſextum. Effectus uero quintus. rerum occultatio eſt preſentium. per eam paſſionem quam theologi acriſiam: aug. uero aoraſiam uocat: que cecitas eſt non ſimpliciter: uerum ex parte: qua unum uidere uetamur: non autem aliud: ut ſit interdum malefica inuiſibiliter & moueatur: & operetur. Ita autem eſſe experimur interdum: cum deperditum quippiam. ter. quater. & pluries. eodem loco perquirimus: ubi deinde illud inuenimus: teſtantur etiam proceſſus multi. item & experimenta multa: ut latius in libro ſecundo probabitur.
¶ Punctum ſeptimum. Effectus uero ſextus eſt ludificatio ſenſuũ cum interiorum tũ etiam exteriorum: ut fieri plerumq; cernitur in preſtigiis: dum aut in ungue. aut ĩ ſpeculo. ſeu aqua. ſeu certe quocunq; corpore expolito & terſo figure uidentur: qua de re & terra & catholica eccleſia plena eſt; lõge aũt magis iudeoꝝ ſinagoga refertior.
¶ Punctum ultimum. Effect⁹ ultimus maleficia ſunt: que dixeris miranda ꝑfecto: ut per ea liquet: q̄ de fri. & male. iura deciderũt: dixerunt uero doctores in. 4. ſententiaꝝ libro: ubi de matrimonii impedimentis pertactatur. Et hec ſine numero ſũt circa homines iumentnta & fruges: quas eiuſmõi homines demonum cooperatione ſeuiſſimis turbinibus ac grãdinibus euertũt. Ad hec quoq; reducũtur ēt corpoꝝ beneficia mirandaꝝ ſanationũ: que incantationibus & carminibus fiunt. Vtrũq; eni & morbus & ſanitas eiuſmodi: authore diabolo fit: qui interdũ ut ꝑdat aias. corpora ſanat: ſicut & inficit. Oppoſitoꝝ em̄ eadē eſt diſciplina. Predictoꝝ ergo oĩum cauſe principia & fundamēta: hoc primo uolumine ſcrutanda & reſeranda ſtatuuntur.

Animam hũanam eſſe ſpiritũ & nõ corpus: ſubſiſtentē & nõ inherentem. Capitulũ tertium.

Principiũ ergo ꝑdictoꝝ oĩum indagaturi: nõ ex diuinis litteris modo: uerũ etiã ex uere phie principiis & naturalis nr̄i luminis ĩtellectualis uirtute: ab nr̄e anime natura exordiũ primũ ꝑ multa pũcta ſumamus.
¶ Punctũ primũ. Humanã animã. i. eã rem qua pri

mo uiuim⁹ & operamur itelligēdo maxime(aīata enī uiua dicim⁹ reliqua aūt uita carere)eē corpus uel naturā corporeā:multi falſo exiſtimauerūt. Nā Galenus medicus animam dixit elemētoꝝ aut qualitatū elemētariū cōplexionē eſſe:motus inde ꝙ uideamus ex diuerſis cōplexionibus in nobis educi uarios effectus:quos paſſiones dicūt:que aīe cū humane tū brutali aſcribunt: ſicut facile iraſcuntur colerici:& malēconici triſtant. Errauit uero decept⁹:ꝙ nō diſtinxit paſſiones quonā pacto.& cōplexioni & aīe attribuūtur: quippe cōplexioni attribuunt quaſi diſponēti & q̄tū ad illud dūtaxat quod in paſſione eſt materiale:ut in ira eſt acceſſio & motus ſanguinis circa uite principiū cor:aīe uero nō equidē ſicut diſponenti:ſed ſicut principio principaliter efficienti :& q̄tū ad id quod in paſſione formale eſt:ut in ira eſt uindicte cōcupiſcētia. Contra Galenū ergo ſic arguo. ¶ Primo. Si enī aīa cōplexio eſt elemētoꝝ aut qualitatū elemētariū:aut ergo cōplexio eſt materialiter.i.elementa cōplexa:aut formaliter.i.ipſa habitudo ſiue ordo ſiue rſo elementoꝝ cōplexoꝝ. Et profecto primū falſum eſt:alioquin aīa eſſet ſimul:terra:aqua:aer:& ignis:aut hoꝝ qualitates:& cōſequenter erit quedā quattuor diſtincta.qđ ſtatim īpoſſibile dixeris: uel unū mixtū corpus ex quattuor:qđ pene ſtatim iprobabit:uel una qualitas mixta ex quattuor:& cōſequenter nō erit ſubſtantia:nec hō:uel pars hois.neq; hoi ſpēm cōferret. Similiter aūt & ſecundū: alioquin aīa ſicut & relatio nulli⁹ eēt operatiōis pricipiū:imo nec ſubſiſtētia nec ens abſolutum aliqđ uel ēt reale:ſi id tm̄ eēt qđ formaliter ē relatio. Nō eſt ergo elemētoꝝ cōplexio aīa. ¶ Scđo. Cōplexio iſta qualitatibus elemētarib⁹ inferior ſit oportet:qppe que ab eis cauſat. Aīa uero nedū hūa uerūetiā brutoꝝ atq; plantarum: qualitatibus elemētoꝝ p̄ſtantior & ſuperior ſit neceſſe eſt:quippe aīe uegetabilis operatio & lōge plus cognitio aīe ſenſitiue: elemētares qualitates excedit:cum taliū qualitatū opatio ab extrinſeco ſit:nō enī ignis ſeipm calefacit & ſic i ceteris:oīs uero opatio aīe ab intrinſeco eſt:ut digerere:egetere:& eiuſmodi:uiua enī dicimus que ſeipſa monēt. Nō ē igit aīa cōplexio:alioqui idē reſpectu eiuſdem:& ſuperius & iferius foret. ¶ Tertio corp⁹ aīalis locali motu a cōplexione nō mouet:moueret enī motu p̄dominātis eī: quippe fortius ſp uincit:& cōſequēter ſp deorſum ferret. Aīa aūt aīale

corp⁹ mouet:& in omnẽ partẽ mouet. Nõ eſt ergo aĩa cõplexio.
¶ Quarto. Nã qđ cõplexionẽ corporis regit: frenat: & uincit: com plexio nõ ſit oportet: ut planũ ẽ. Aĩa uero hũana (qcquid ſit de bru tali) humanũ corpus regit: frenat corporeas paſſiões. & uicit: que corpis ſequunt̃ cõplexionẽ: interdũ enĩ ad iras & cõcupiſcentias pniores: agẽte aĩa min⁹ iraſcunt̃: minus ẽt cõcupiſcũt: ut in cõtinẽti bus patet. Nõ eſt ergo aĩa ipſa cõplexio: aut corpoꝝ aut corporea rum qualitatũ. ¶ Predicte uero opiuioni Galene: ſimilis eſt opi nio eoꝝ qui animã armoniã dixere: quippe qui nõ ſonoꝝ ſed cõ trariorum armoniã intendebãt: ex quibus aĩata corpora componi uidebant̃. Et hec quidẽ ſentẽtia ab Ari. in libro de aĩa empedocli: a Grego. ueroniſeno dinorcho aſcribit̃. Impugnatur uero ut ꝑce dens: & ulterius ẽt rationibus ꝓpriis. ¶ Primo. Oẽ enĩ corpus mi xtũ armoniã habeat oportet: & cõplexionẽ: nec armonia corpus aut mouere aut regere põt: uel frenare paſſiões: ſicut neq; cõplexio intẽdit̃ ẽt & remittit̃: ſicut & cõplexio. Ex quib⁹ oĩbus liquet aĩam: nõ eſſe armoniã ſicut neq; cõplexiouẽ. ¶ Scđo. Armonie rõ. ma gis corpoꝝ qualitatibus q̃ aĩe cõgruit: nã ſanitas armonia quedã humorum eſt: fortitudo neruoꝝ & oſſiũ: pulchritudo uero mẽbro rum atq; coloꝝ: quoꝝ aũt armonia ſit. ſenſus uel intellectus aſſi gnari nõ põt: nec ceteroꝝ que ad aĩam ſpectant. Nõ eſt igit̃ aĩa ar monia. ¶ Tertio. Nã armoniã duplicẽ eſſe cõſtat: ipſam. ſ. compo ſitionem: & ipſius cõpoſitionis rationem ſeu proportionẽ & mo dum. Anima uero compoſitio nõ ſit oportet: quippe quãlibet aĩe partẽ eſſe compoſitionẽ aliquarũ partiũ corporis oporteret: quod aſſignare non cõtingit: ſimiliter aũt compoſitionis rõ eſſe nõ po teſt: quia cum in partibus corporis diuerſis diuerſa ſit eiuſmodi cõ poſitionis ratio: ſingule partes corporis ſingulas animas neceſſa rio haberẽt: ut os: caro: & neruus: que in diuerſa proportione con ſtituta ſunt. Hoc aũt falſum conſtat: quippe homo nõ eſſet aliqua una ſpecies. Nõ eſt igitur armonia aĩa. ¶ Rurſus alii lõge graui⁹ errantes, animam corpus eſſe aſtruxerũt: ut antiqui naturales philo ſophi: q nihil preter corpora eſſe crediderũt: ut infra patebit: quoꝝ opiniones & ſi uarie fuerunt: cõmuni tamẽ cõcordia ſic refellun tur. ¶ Primo. Anima eſt in hiis inferioribus principium uite non quodcunq;: ſic enim & oculus & omne inſtrumentum anime

eſſet aīa:quippe quod eſſet principiū uite.i. uitalis operatiōis: ſed animam principiū uite dicimus pr imum.i. quo primo uiuimus: quaſi principio omnium principiorum uite. Et ſi uero aliquod corpus principium uite eſſe poteſt:ueluti cor in animali eſt uite principium:nullum tamen corpus poteſt eſſe uite principium primum:quippe eſſe uiuēs aut uite principium.corpori nō congruit ea ratione qua corpus eſt:alioquin omne corpus aut uiuens aut uiue principium eſſet: unde id ei congruit ex eo ꝙ eſt tale corpus: quod aūt eſt actu tale.ex aliquo ei pricipio cōgruat oportet:quod actus eius eſt:ſicut calidū calore:& homo humanitate homo: & animatum corpus anima animatum eſt. Non ergo corpus anima eſt:conſequenter aūt nec anima corpus. ¶ Secūdo. Viuētia cū res ſint naturales:ex materia ꝛ forma cōpoſita ſint oportet. Ex corpore aūt & aīa que actu uiuens facit:cōponunt᷑. Igitur animā & corpus formā & materiā eſſe oportet:ut alterꝛ forma:alterū materia ſit. Corpus aūt forma eē nequit:quippe quod in altero ſicut in materia & ſubiecto nō eſt. Anima igit᷑ forma erit ſi alterꝛ eorꝛ forma eſt. Nō ergo aīa ē corpus:qꝛ nullū corpus forma eſt. ¶ Tertio duo corpora in loco uno eodē tpe eē: impoſſibile eſt. Aīa uero ibi eſt ubi & corpꝰ qđ aīa uegetat᷑:nō enī ſeorſum a corpore aīa eſt:aut uiuit. Nō eſt igitur aīa corpꝰ. ¶ Quarto. Oē diuiſibile:cuiuſmodi oē corpꝰ eſt:cōtinēte īdiget & uniēte partes. Igit᷑ ſi aīa corpꝰ eſt: aliquid aliud ſuas partes uniēs habeat neceſſe eſt:illudqꝫ utiqꝫ magis erit aīa:imo anima aīe:corpꝰ enī aīa recedente diſſolui uidemus: & ſi iterū illud cōtinens diuiſibile ſit:ad aliquid & indiuiſibile.& incorporeū deuenire oportebit:qđ utiqꝫ erit aīa.aut in infinitum erit ꝓcedere:quod omnino īpoſſibile eē:etiā pħus monſtrauit. 2. me.&.8.phy. Nō eſt igitur aīa corpus. ¶ Quinto Quēadmodū in ſequētibus oſtēdetur:ītelligere ullius corporis actus eē nequit: eſt uero actus aīe:& cōſequēter aīa corpus eſſe nequit. Vñ hec opinio ꝙ.ſ.aīa corpus ſit:a diuina ſcriptura.ſap̄.2.ex ſtultorꝛ pſona ponitur:de anima profitentiū atqꝫ dicentiū. Fumus & flatus eſt in naribus noſtris:& ſermo ſcintille ad mouendum cor.

¶ Punctū ſcđm. Principiū nr̄e intellectionis: quod hoīs animā dicimus:eē quodā nō incorporeū modo:ut ꝓbauimus:uerūetiam & ſubſiſtēs:ſicut lapis aut arbor uel equus & hō:nō aūt inherens

alicui ut albedo uel calor. Primo. Nā hominē p intellectū oīm corporū formas & naturas poſſe cognoſcere: manifeſtū eſt. Quod uero aliqua pōt cognoſcere: nullū eoꝝ in ſua natura habeat oportet: ſicut pupillā oī colore carere que oēs colores pcipit neceſſe ē: & gnāliter omnem ſenſum priuari ſuo ſenſibili: rō uero huius eſt: quippe illud qđ potētie cognitiue naturaliter ineſt: alioꝝ cognitionem neceſſario ꝑpediret ſicut lingua infecta colerico ac perinde amaro humore: dulce nō percipit: ſed amara oīa nunciat. Igitur ſi intellectuale principiū. i. itellectus uel aīa noſtra: in ſe cuiuſuis corporis naturā cōplecteretur: oīa corpora cognoſcere & diiudicare nō poſſet. Impoſſibile eſt igit̃ intellectuale principiū. habere corpus: imo ĩpoſſibile eſt ꝙ p organū corporale intelligat. Nā & illius organi corporei determinata natura: oīm corpoꝝ noticiā excluderet: ueluti ſi quis determinat⁹ color ſit nō in pupilla mō: uerū etiam in uitreo uaſe: infuſus liquor uidet̃ coloris eiuſdē. Ipſum igit̃ intelligibile principiū. quod intellectus dr̃: operationē per ſe habeat oportet: cui corp⁹ ullatenus nō cōicet. Nihil uero p ſe operari pōt: quod p ſe ſubſiſtere nō pōt: operati eni ſoli⁹ entis in actu eſt & ip̄m operari ipſum eē ꝑſupponit: unde eomodo aliquid operatur quo exiſtit: ꝑpter qđ calidū & nō calorē calefacere dicimus: quippe calidū eſt qđ eſt: calor uero nō eſt: ſed calore aliquid tale. puta calidū eſt. Reliquum eſt igitur ut anima humana: que mens uel intellectus dicitur: aliquid & incorporeū & ſubſiſtens ſit.

¶ Punctū tertiū. Brutoꝝ uero aīe ſubſiſtentes minime ſunt. Et ſi eñi antiqui naturales: inter ſenſū & itellectū nō diſtinxerūt: utrūqꝫ corporeo principio aſcribētes: ex quo ſequebat̃ utrūqꝫ eē inherēs: plato uero inter ea diſtinxit: utrūqꝫ aſcribēs icorporeo & īmateriali pricipio. i. aīe ꝑ ſeipſam: ex quo ittidē ſequebat̃ utrūqꝫ eē ſubſiſtēs cōſequeter aūt & brutales aīas: ariſtoteles tñ diſtinxit: aſtruēs inter oēs anime operationes intelligere: cōſequenter aūt & uelle: ſolum ſine corporali organo expleri: ſentire uero & cōſequētes operationes aīe manifeſte cū tranſmutatiōe corporea accidere: ſicut pupilla uidēdo ſpē coloris īmutatur: & idē in aliis. Sic igitur manifeſtū ſit: aīam ſenſitiuā p ſe ſine corpore nō habere eē: ſed omnē talē eē cōiūcti: & cōſequēter aīa brutalis q̄ eſt ſenſitiua dūtaxat: p ſe non operat̃: & cōſequēter p ſe nō ſubſiſtit: cū unūquodqꝫ ſimiliter ſit &

operet̃ p ſe uel cũ alio:nec poſſe qđ i ſe ſubſiſtit eẽ ocioſũ. ¶ Nec preditis obſtat primo ꝙ aĩa hoĩs eſt aliquid ſubſiſtẽs.cõſequenter aũt & aĩa bruti:cũ ſint eiuſdẽ generis: qr licet hõ cõueniat in gñe cũ brutis:ſpẽ tñ differt:differentia aũt ſpeciei attenditur ſm differentiam forme:& conſequẽter differt aĩa ſeu forma bruti a forma hominis.¶ Nec.2.ꝙ ſenſus ad ſenſibilia ſic ſe habeat ut intellectus ad intelligibilia:qui ea ſine corpore intelligit:&cõſequẽter utrũq; p ſe operatur & ſubſiſtit:quia ſe hñt quodãmodo ſimilietr: inq̃tũ utrũq; eſt in potentia ad ſua obiecta p ſimilitudinẽ excipiendã: & quodãmodo diſſimiliter:inq̃tũ ſenſus a ſenſibili cũ corporis ſimutatione patitur:unde ab excellẽti ſenſibili corrumpitur: puta uiſus a luce nimia:qđ in intellectu nõ contingit:quippeq poſt maxima intelligibilia magis põt uidere minora.Et ſi intelligẽdo fatigatur corpus p accidẽs ẽ:ꝙ.ſ. uires ſenſiue obiecta illi miniſtrẽt q̃ ſunt ĩ corpore.¶ Nec obſtat.3.ꝙ brutorũ aĩa:corpus mouet:qđ nõ mouetur a ſeipſo:& cõſequẽter opationẽ habet ſine corpe:qr uis motiua duplex ẽ.ſ.uis appetitiua iperans motũ.cuius opatio in aĩaſenſitiua nõ eſt ſine corpore:imo ira gaudiũ & hmõi paſſiões ſunt cũ trãſmutatione corporea:alia uero eſt exequens motũ per quã mẽbra motui habilia reddunt̃:cuius actus nõ eſt mouere ſed moueri: unde mouere patet nõ eſſe actũ ſenſiue anime ſine corpore.

¶ Animã humanã imortalẽ eſſe. Capitulũ quartũ.

ET ſi ex hiis iã haberi poteſt:ꝙ aĩa humana immortalis ẽ:quippe que ſine corpore poteſt operari:cõſequẽter aũt & eſſe:tñ nõnullis pũctis id habũdãti⁹ aſtruet̃ ¶ Punctũ primũ.Circa iſtã queſtionẽ multipliciter olim opinatũ eſt . Quidã eni .i. antiqui & naturales phi:intellectũ a ſenſu diſtinctũ minime putãtes:ſicut ſentire ita & intelligere.a corpore pẽdere putarũt:cõſequenter uero aĩam intellectiuã:eſſe corruptibilẽ & naturam corporeã ſequi:unde eorũ aliqui eam eſſe ignẽ putarunt:alii uaporẽ:alii armoniã.Quam quidẽ opinionẽ Ariſtoteles plenius extinxit:oſtendẽs intellectũ abſolutum eſſe & a corpore independẽs habere:oĩa enim corpora itelligit conſequenter aũt & in ſe omnia corpora recipit:ſicut & uiſus omnia uiſa:conſequenter autẽ ab omni corpore nudus ſit opor-

tet:ſicut & omne recipiens a natura recepti mundum eſt:alioquin ſi quam naturã corporeã in ſua natura complecteretur:illa in exũs ꝓhiberet aliorum notionẽ:ſicut ſi pupilla colorata eſſet:omnes colores nequaquã exciperet:imo ſi per mediũ coloratũ uideat ceu ꝑ uitrum uiride:omnia uiridia uidebuntur. Vnde intellectus dicitur corporis actus minime eſſe:& ab Auicẽna dicitur non eſſe forma ſubmerſa in materia:& in libro de cauſis dicitur nõ eſſe ſuper corpus delatus. Quidam uero ut pictagoras ac plato aĩam rationalẽ immortalẽ norunt:de corpore tñ in corpus migrare putarunt:qđ quidẽ Ari. in primo de aĩa ea ratione deſtruxit: ꝙ anima corpori & forma & motor ſit:determinate autẽ forme determinatã materiam ſubeſſe:& determinato motori determinatũ organũ neceſſe eſt:queẽadmodũ & ars quelibet ꝓpriis utitur inſtrumẽtis:quo actũ putes:ut hec anima non niſi huius corporis forma et motor eſſe poſſit. Quidam rurſus ut auerroes & ſectatores:& quidam alii :rationalem animam ex parte corruptibilem. ſ. q̃tum ad id quod de anima huic corpori ꝓpriũ eſt:ex parte uero incorruptibilẽ eſſe dixere. ſ. q̃tum ad id qđ de aĩa omnibus cõe eſt. Intellectũ eni agentem & quidam etiã intellectum poſſibilẽ. unũ oĩm hoĩm eſſe putarunt:& hunc ſubſtantiã incorruptibilẽ & ſeparatã:in nobis autẽ eẽ tantũmodo fantaſmata lumine intellectus agẽtis luſtrata. q̃ poſſibilẽ intellectũ moueãt ac ſic eis:ut putarũt:intelligimus. Sed hec opinio hodie ita eſt dãpnata nedũ catholica aſertione: uerũ etiã philoſophicis rõnibus:ut nos fatigare non ſit opus. Quarta igiť poſitio ẽ quã uera philoſophia & catholica pietas ꝓfiteť:aĩam. ſ. rationalem ſubſtantiam eſſe a corpe minime dependentem :corpus tamen humanum uiuificantem ac uegetantem: & ſm humanorum corpoꝝ multitudinẽ multiplicatam:ut quiſq; homo habeat propriã nulli alteri cõmunẽ:ꝙq; corporibus reſolutis ipſe aĩe ſeparate ſubſiſtant:nulla alia corpora ulterius adeuntes.

¶ Punctũ ſecundũ. Neceſſe eſt ergo quod catholica fides aſtruit: etiam philoſophice non negare: animam ſcilicet rationalem immortalem fore. ¶ Primo. Nam ex duplici ratione aliqua res corrumpi poſſe deprehenditur:aut uidelicet per ſe aut per accidens. Impoſſibile uero eſt ſubſtantiam ideſt rem ſubſiſtentem :per accidẽs aut generari aut corrumpi:ideſt altero aut generato aut cor-

rupto:quippe ſic aliquid aut generaꝛ aut corrũpiꝛ: ſicut nanciſciꝛ aut deperdit ipſum eſſe:quod neceſſario res ſubſiſtẽs per ſe patitur non per accidens:unde peracta generatione ipſa eſt:nõ quia aliud ſed quia ipſa eſt:ſimiliter aũt & corrumpiꝛ:que uero nõ ſubſiſtũt ſicut nec p ſe ſunt.ſed per aliud cui inuituꝛ (ut qualitates & gene raliter accidẽtia ac forme materiales q̃ non ſubſiſtũt)ſic nec per ſe acquirunt uel perdunt eſſe:ſed alio acquirente aut perdente. Anima aũt rationalis eſt per ſe ſubſiſtens:quippe que eſt per ſe operãs: nõ eñ intelligendo utitur corporeo organo ut ꝓbatum eſt: non aũt aĩa brutalis eſt per ſe ſubſiſtens:ſicut neq̃ p ſe operãs: non eñ opus habet ſine corpore:ꝙ ſolũ intelligere inter operationes anime ſine corporeo organo ſit:quippe operationes ſenſiue & infra: manifeſte per corpus exercenꝛ. Igitur humana anima non niſi p ſe corrumpi poteſt:conſequenter autem ſi corruptibilis eſt per ſe corrumpatur oportet.Hoc aũt oſtendiꝛ omnino ĩpoſſibile ne dũ de aĩa hac uerũetiã de oĩ ſubſiſtẽte:qđ eſt forma tm̃.Nã quod ali cui ſm ſe cõuenit.ab eo imſeparabile ſit oportet:ceu ab hoĩe inſeparabile eſt eſſe animal:& a numero parẽ eſſe uel imparẽ: eſſe aũt per ſe conuenit forme q̃ actus eſt:unde materia ex hoc acquirit eẽ in actu ꝙ formã quoq̃ acquirit & ex hoc eſt corruptioni obnoxia ꝙ ab ea forma pfectioq̃ recedit:unde ſubſiſtentẽ formã eſſe deſinere.oĩno ĩpoſſibile eſt.Eſt igiꝛ hũana aĩa incorruptibilis.Eſto uero humana aĩa ex materia & forma cõponatur: nec ſit forma tm̃: ut nõnulli putarũt:nihilominus tñ ĩcorruptibilẽ eã eſſe oportet. Nõ eñ eſt alicubi corruptio.niſi etiã ibi cõtrarietas ſit: ꝙ gñationes & corruptiões ex cõtrariis & incõtraria ſint:unde & ĩcorruptibilia ſunt ſol luna & oĩno celeſtia corpa:ꝙ materia careãt cõtrarietati obnoxia. In rationali uero aĩa cõtrarietas ulla eẽ nequit: quippe que ſm ſui eſſe modũ:recepta recipiat:recipit uero abſq̃ cõtrarietate quecũq̃ recipit:quinetiã ipſa cõtraria ſine cõtrarietate recipit:non eñ cõtrarioꝝ rões q̃ de natura cõtrarioꝝ ſunt.& ibi recipiuntur:ibi ſunt cõtrarie:quin potius eadẽ ſciẽtia cõtrariorum eſt. Impoſſibile eſt.igiꝛ rõnalem aĩam corruptibilẽ fore.¶ Scđo. Nulla res ex eo uel in eo corrũpitur:ex quo uel in quo ſua pfectio cõſiſtit: ꝙ uidelicet cõtrarie ſint hee mutationes:ad rei perfectionẽ: ad rei corruptionẽ. Aĩe aũt humane:perfectio in quadã abſtractio

ne a corpore cõſiſtit:pficitur eni aĩa hũana duobus ſcia uidelicet
atq; uirtute:& ſcia quidẽ eo amplius quo amplius ĩmaterialia cõ-
templãtur:uirtute uero in hoc q corporis paſſiones nõ modo nõ
ſequit:uerũ aſpernat &ſm ratiõis iudiciũ temperatas moderat ac
frenat.Nõ ergo in eo cõſiſtit aĩe corruptio:q a corporea mole ſe
paratur.Q.d' ſi dixeris aĩe pfectionẽ in ſeparatiõe acorpore cõſiſte
re quidẽ,uerũ ſm operationẽ nõ uero ſm eẽ:pdicte rõni ſufficien
ter nequaq̃ occurreris.Opatio eni rei.rei ſubſtãtiã eſſeq; mõſtrat:
quippe unũquodq; operat ſm q eſt:ens.&'ppria operatio rei .pro
priã rei naturã cõſeqnit.Cõſequẽter aũt rei alicuius operatio pro-
pria pfici nequit:niſi etiã rei ſubſtãtia pfecta.Igitur ſi ĩ reliquẽdo
corpus aĩe operatio pficitur: ſubſtãtia ſua in ſuo eẽ ex hoc q a cor
pore ſeparatur minime deficit.¶ Tertio.Perfectibilibus ſuas perfe
ctiones pportionatas eẽ oportet:ut.ſ.utrumq; uel corruptibile uel
ĩcorruptibile ſit:alioquin uel ſine pfectione pfectibile:uel pfectio
ſine pfectibili ppetuo eẽt:& cõſequẽter qd cõtra naturã ẽ.ppetuũ
eẽt.Perfectiuũ aũt hoĩs ppriũ ſm aĩam. aliquid incorruptibile ſit
oportet:pficit eñi intellectione formaliter qua a brutis & ceteriſq̃
infra ſunt ſecernit: effectiue aũt re intellecta:que cũuniuerſalis ſit:
ĩcorruptibilis ẽt ſit oportet.Eſt ergo hũna aĩa ĩcorruptibilis utiq;.
¶ Quarto.Appetitũ naturalẽ eſſe fruſtra:utiq; impoſſibile ſit opor
tet:alioquin deus aliquid naturale fruſtra indidiſſet:hominẽ autẽ
perpetuo eſſe.hoĩs naturalis appetitus efflagitat:quod inde liquet:
quia eſſe ab oĩbus appetit eomodo quo apprehẽditur:puta a bru-
tis hic & nũc:ab hoĩe aũt ẽt perpetuo:& ut aiunt ſimpliciter: & id
ĩpm & in aliis & in nobis experimur.Conſequit ergo homo ppe
tuitatem ſm aĩam:qua eſſe perpetuo & ſm omne tẽpus apprehen
dit.¶ Quinto.Quicquid in alio excipit:iuſta modũ excipiẽtis ex-
cipitur:ut experiẽtia docet:& libro de cauſis inſcribitur.Rerũ autẽ
naturaliũ forme & ſimulacra:in paſſibilẽ noſtrum intellectũ exci-
piuntur:ut ſunt actu intelligibiles:cõſequenter aũt uniuerſales. &
immateriales:& cõſequẽter quoq; etiã incorruptibiles. Intellect⁹
igitur poſſibilis q ĩcorruptibilis ſit oportet:cõſequẽter uero & hu-
mana anima cuius intellectus poſſibilis eſt aliquid. ¶ Sexto. Eſſe
intelligibile ipſo eſſe ſenſibili:permanentius eſſe:liquet & confeſſũ
eſt.Quod autem in rebus ſenſibilibus. primum recipiens: materia

ſcilicet prima & ille ipſum.ſm ſubſtantiã ſuam incorruptibile ſit oportet:alioquin ſi corrũpatur eiuſmodi corruptiõis aliquod ſubiectum prius ſit oportet:conſequenter aũt primum ſubiectũ non erit primum. Igitur longe magis intellectus poſſibilis:qui intelligibilium formarũ primũ ſuſceptiuũ eſt: quid incorruptibile eſt: conſeqũter uero & anima cuius ipſe aliquid eſt. ¶ Septimo. Faciens nullo contradicente nobilius facto eſt:ſaltẽ in ipſo fieri uel ante:quia illud actu eſt: hoc uero in potẽtia. Cõſeqũter uero intellectus agens noſter nobilior ſit oportet intelligibilibus q̃ nos intelligimus:cũ apud phos illa actu intelligibilia efficiat. Cũ igit talia intelligibilia actu ut ſic:incorruptibilia ſint:multo forti⁹ intellectus agens incorruptibilis eſt:cõſequenter aũt & anima cuius lumẽ is intellectus eſt. ¶ Octauo. Nulla forma corrũpitur:niſi aut actione cõtrarii:ut calor actione frigidi:aut deſtructione ſubiecti: ſicut corrupto oculo uiſus quoq; corrũpitur:aut deſitione ſue cauſe:quẽadmodum ſublata preſentia ſolis lumẽ quoq; ab aere tollitur. Anima uero humana corrũpi nequit per actionem contrarii: cũ per intellectum poſſibilẽ ipſa ſimul receptiua & cognitiua oĩm contrariorum ſit:ſimiliter autem neq; corruptione ſui ſubiecti: non enim ſm eſſe depẽdet a corpore.uerum potius ſubſiſtẽs eſt:ut probatum eſt:ſimiliter quoq; neq; per deficientiã ſue cauſe :quippe q̃ non põt habere aliquam cauſam niſi eternã & deũ cum ineſſe niſi per creationẽ non prodeat:ut pote q̃ ſubſtantia ſimplex ſubſiſtẽs ſit. Nullo igitur modo corrũpi põt. ¶ Nono. Si humana anima corrupto hũano corpore corrumpatur:eo etiã debilitato animã p ſe debilitari oportebit:cũ enim ſubſtantia ſubito nõ deſinat q̃ ſimul deſinunt:ſimul & in deſitionẽ diſponuntur. Nõ debilitat aũt aĩa corpore debilitato (niſi per accidens inq̃tum.l.uis anime organo corporis indiget:ſicut debilitatur uiſus debilitata pupilla) qđ inde patet:q̃ ſi uirtuti ipſi debilitas aliqua per ſe accideret: organo reparato non reparetur: quod falſum utiq; cernimus: quippe quantumcũq; uis uiſiua debilitata uideatur. reparato organo reparatur:unde non debilitatur anima corpore debilitato: nec etiã ſenſitiua ; ut etiam per illud ariſtotelis primo de anima. uidere licet;ſcilicet ſi ſenex iuuenis oculum acceperit:uidebit utiq; ut

iuuenis.Ex hiis manifeſtiſſime liquet:actiõis debilitatem propter anime debilitatẽ᷒ non accidere:ſed organi. Cum igitur intellect⁹ ſit uirtus anime non indigens corpore:ut liquet ex dictis: neqꝫ ꝑ ſe neqꝫ per accidens debilis efficitur: aut ſenio aut q̃uis corporis debilitate. Et ſi interdũ in operatione itellectuali.debilitas emer git:aut fatigatio:non ex debilitate dixeris ipſius intellectus: uerũ potius ipſarum uirium quibus eget mortalium intellectus:imagi nationis:ſcilicet memoratiue & cogitatiue ac ſenſuum. Eſt ergo intellectus noſter immortalis:cõſequenter autem & anima intelle ctiua ſubſtãtia.¶ Decimo.Deus iuſtus ſit oportet:quippe qui uelu ti uniuerſorum cauſa omnẽ perfectionem contineat oportet: cõ ſequenter autẽ & iuſtitiam que eſt perfectio creature per maxima. Omnibus ergo pro cuiuſqꝫ operibus tribuat neceſſe eſt:ꝙ hoc ef fectus iuſticie ſit.Aut ergo in preſenti ſeculo: aut certe in futuro. Et quidem in preſenti nequaq̃:experimur enim plerũqꝫ peiores ac cipere meliora :& peiora meliores.Ergo in futuro.Ergo poſt cor poris depoſitionẽ uiuat anima oportet.Hec autẽ tã eggregia de anime immortalitate ſentẽtia:ariſtotelẽ minime latuit:qui in pri mo de anima dicit ꝙ intellectus (i.aĩa intellectiua)uidetur ſubſtã tia quedam eſſe & non corrũpitur.Nec uerbum illud de ſubſtãtia aliqua ſeparata que ſit intellectus agens aut etiam poſſibilis põt intelligi:quod ex ipſis uerbis ariſto.in.xi.meta poteſt intelligi:qui aduerſus platonem dicit:ꝙ cauſe mouentes preexiſtunt:(ſcilicet ipſis effectibus)cauſe uero formales ſunt ſimul cum hiis quorum ſunt cauſe :quando enim ſanatur homo:tunc ſanitas eſt & nõ pri us.contra hoc ꝙ plato poſuit formas rerum preexiſtere rebus. Et hiis dictis ſubdit.Si autem & poſternis aliquid manet:perſcrutan dum eſt:nam in quibuſdam nihil prohibet ut ſi anima tale :non omnis ſed intellectus. Ex quibus liquet primo:ꝙ cum de formis loquatur:uult intellectum qui eſt forma hominis poſt materiam: ideſt poſt corpus poſſe remanere.Patet.2 ꝙ ille intellectus de quo loquitur in primo de anima ſubſtantia ſeparata non ſit. Pateat etiam.3.ꝙ licet ariſto. ſenſerit animam humanam eſſe formam : non tñ ſenſerit eam nõ ſubſiſtere:et cõſequenter corruptibilẽ:(qđ tñ greg.niſe.illi impoſuit:)nã a generalitate aliaꝝ formarũ :aĩam

intellectiuā excludit :dicēs eā poſt corpus manere:& ſubſtantiam quandā eſſe! ¶ Punctum ultimū. Brutorꝝ anime nequaq̄ immortales putande ſunt. ¶ Primo. Si.n.imortaliter uiueret brutalis aīa, ſeu certe poſt copis depoſitionē, ſine corpore quoq̄ opari poſſet: quippe operari uiuere p̄ſupponat optet. Nulla aūt eiuſmodi aīaꝝ operatio ſine corpore eſſe poteſt:neq̄.n.aliqua ſenſus opatio ſine corpore eſt:nec ſupior aliqua in hmōi aīabus pōt iueniri ſenſuali p̄clario::neq̄.n.intelligunt aut ratiocinantur, qđ inde liquet:quia oīa eiuſdē ſpeciei uno modo quaſi a natura mota opetant̄, & nō ex arte opantia : oīs.n.hirundo ſimiliter nidificat:& oīs aranea ſimiliter telā ordit̄ & p̄ficit. Pereūte ergo corpe, pereat brutalis aīa optet. ¶ Scđo. Quecūq̄ forma a materia ſeparata eſt, itellectiua in actu ſit neceſſe eſt :primo ꝙ intellectus agens ea rōne facit ſpēs intelligibiles actu, qua has a materia abſtrahit:conſequenter aūt ſi manet poſt materiā.i.corpus, brutalis aīa, erit forma intelligibilis ī actu ſiue actu intellecta:quippe que erit forma a materia ſeparata & conſeqnenter etiā erit intellectiua:quippe in ſeparatis a materia idem eſt intellectus & intellectū primum:ſcđo.quia ſicut ſe habet forma ad eleuari ſuper materiam:ita & ad eſſe cognitiuā ſe habet: ut experiētia docet in gradibus entiū que cognoſcunt:cōſequēter uero ꝙ in ſup̄mo gradu ē eleuatiōis a materia:ut quia ē abſtractū realiter ab ea.in ſup̄mo gradu cognitiōis ſit optet, .i.i gradu eoꝝ que itelligūt:cōſequēter uero oīs forma imaterialis itellectiua eſt: ſed brutalis aīa itellectiua nō ē:alioquin bruta itelligāt optet, qđ eſt iſanire. Ergo a materia ſeparabilis nō ē. Tertio. In oī re que ad p̄fectionē q̄uis attingere pōt:eiuſce p̄fectionis apetitus naturalis iuenit̄:bonū.n.eſt qđ oīa appetunt:ſingula autem proprium . In brutis aūt ppetuitatis eſſendi appetitus naturalis iuenit̄ nullus, niſi ut ppetuētur ſm ſpēm, inq̄tū ī eis iuenit̄ appetitus gn̄ationis qua ſpēs ppetuo ſit:qđ ēt & plātis & rebus inaīatis cōe ē:nō āt q̄tū ad ppriū appetitū aīalis inq̄tū aīal eſt, qui ē appetitus cōſequēs appetentis app̄hēſionē:quippe cū aīa ſenſitiua nō niſi hic & nūc app̄hēdat, eē ppetuū app̄hēdere nō pōt:& cōſequēter neq̄ illud appetitu animali appetat oportet. Non eſt igitur anima brutalis capax ipſius eſſe perpetui & ſempiterni .

¶ Aíam humanam immortalé eſſe:de mente Ariſtotelis.Capitulum qnįutum.

Et ſi mei nõ eſt inſtituti: quid de ĩmortalitate noſtri animi ſenſerit philoſophoꝝ ſapiētiſſimus Ariſtoteles afferre:quippe q̃ nõ hũana auctoritate ꝓbare cupio qđ ſentio:incidēter tñ de ſñia & opinione Ari. in re hac cogor rõnem habere:quo meipm ab hiis q̃ mihi falſo & leuiter(.i.me non audito uerbo aũt ſcripto) petrus põponacius ĩ apologetico ſuo ĩpoſuit expurgē:q̄.ſ.uiſo ſuo libro quē de ĩmortalitate(imo de mortalitate)aĩe cudit: ſubriſerim & ꝓbarim.Hec enĩ falſo & leuiter dicunť:quin potius eo uiſo ingemui ac dolui:q̄ ita catholica fides in paruuloꝝ mētibꝰ p xp̄ianos elidať.& eneruetur:& erroribus ĩnumeris ſit occaſio data:qđ iam experiētia docet:& ſi meũ fuiſſet:in librũ p ignes uenetoꝝ exēplo aĩaduertiſſem.Illuſtriſſimos aũt dños uenetos potius laudaui & miratus ſum:q̄ nulla habita rõneamicitie ad perretũ uenetiis id ef fecerũt:qđ ubiq̃ fatiundũ erat:tm̃.ſ.ſcelus flãmis ultricibꝰ expiaſſe Quãq̃ uero copioſiſſime luculenter & eruditiſſime: dilectus & filius & diſcipulus bartho.piſſanus or.predi.eiuſmodi opinioné cõ futarit:adducã tñ & ego que quondã in cõmentariis primi uoluminis noſtri conflati cõtra eiuſmodi opinioné anteq̃ ſcriberet ꝑretus cõpendioſe ediderã & ſi nec in hãc diē propalata:ſic.Quantum ad hoc quattuor ex ordine facturus ſum. Primo enim tactis breuiter opinionibus.2.adducã que dubitationē ingerunt.3.cõclu ſiones pauculas ſtatuam:deniq̃ uero aduerſantiũ rationibus reſpõ debo. ¶ Quantũ uero ad primũ attinet:tres de re hac opiniones relegerim: primamquidē eorum qui aſtruxerunt: nõ eſſe euidēs quid de hoc ſenſerit Ariſtoteles:quoꝝ nõnulli aſtruxere principia eiuſdem illud magis innuere q̄ mortalis ſit anima:ut herue. & ſequaces quol.primo.q. xi. Alii uero ecõtra illud magis innuere: q̄ immortalis ſit:ut ſcotus & ſcotiſte in.4.di.43.Opinio uero.2.eorum eſt:qui ſenſerunt Ariſtotelē expreſſe ſenſiſſe eam fore mortalem:quorum primus q̃tũ legerim inter catholicos tractatores gre. nice.fuit:qui tñ deceptioni ſubiacuit:ut capitulo priore liquet: & idem uidetur ſenſiiſſe Alexander afrodiſcus ſectator Ariſto. qui intellectum poſſibilem corruptibilē putauit: ut recitat diuus Tho

mas:qui eam opinionē iamdiu euerterat:& ſi eam nunc nonnulli rediuiuere moliuntur philoſophi:cū laici tū etiam religioſi:albertum magnum diuum thomā & alios preclaros cū humane tū diuine ſapiētie ſtudioſiſſimos tractatores:aut ignaros aut ſimulatores ſtatuētes:dū ariſto.aut nō intellexerunt.aut ex chriſtiana pietate aliter expoſuere q̄ proueritate exponendū ſenſiſſent.3.uero opinio eorū eſt qui dixere:nec primā nec ſecundā opinionē ſtare poſſe cū uerbis ariſtotelis: ſed & p illa & p rationes ex illis deductas euerti:in qua opinione nō albertus modo & diuus tho.uerū cōis theodogoꝝ ſcola eſt:in qua & ego qui nihil ſum pſiſto.Nec me ad diuū thomā affectio portat:niſi quatenus ita ſentio:quippe ſicut deus ita & ſancti eius.nō indigent noſtro mendatio: ut p hiis dolos loquamur:ſed neq̧ i hiis me aliqua portat elatio:ſed dolor magnus quo uror ex ſcandalo puſilloꝝ & deſideriū ingens:firmādi infirmos i fide:quibusad firmiter credendū adiutorio maximo eſt.phorum.ariſtotelis uero in primis teſtimonium:quemamodū econtra:titubant quidam imbecilles:ſi ea que fidei ſunt in dubiū uerti apud uiros preclaros forte audiuerint & hec de primo.

¶ Quantum uero attinet ad ſecundum. ariſtotelis textus tres. & contextum unicum citabo:quibus ſecundi opinantes initūtur .Et primus quidem in prohemio eſt primi de anima: ubi tex.co.12.& 13 .ſic in forma loquitur.Dubitationem autem habent & paſſiōes anime:utrum ſint omnes cōmunis & habentis:an aliqua ēt anime ꝓpria ipſius.Hoc eni accipere quidē neceſſariū eſt:nō aūt leue.Vr āt plurimoꝝ quidē nullū ſine corpore pati:neq̧ facere:ut iraſci cōfidere deſiderare & omnino ſentire:maxime autem aſſimilatur ꝓprio intelligere.Si autē & hoc fantaſia quedam:aut non ſine fantaſia:non continget utiq̧ neq̧ hoc ſine corpore. Si quidem igitur eſt aliquid anime operū aut paſſionū proprium:cōtinget utiq̧ ipſam ſeparari:ſi uero nullū eſt propriū ipſius:non utiq̧ ſeparabilis. Hec ariſto.qui hiis quidem uerbis ſane intellectis ad probandam aut etiam improbandam animi noſtri immortalitatem:fundamēta iecit.¶ Vbi etiam illud in primis aduertendum eſt. ꝙ tres conditionales ediderit. Prima . Si intelligere eſt fātaſia quedam: aut nō ſine fantaſia:non erit hoc ſine corpore.Secunda. Si eſt aliquid anime operum aut paſſionum proprium:continget utiq̧ ipſam ſe

parari.Tertia.Si uero nullum eſt ipſius proprium(ſcilicet opus uel paſſio)non utiq; ſeparabilis ſupple eſt.¶ Aduertendum.2.eſt:quoſdam & ſcotiſtas & alios dũ clariſſime ueritati thome obuiare conãtur:in fauorẽ infidelitatis loqui & dicere: ꝙ tripliciter operatio queuis:dr̃ anime propria.aut cõis anime & corpori: ſcilicet organice:obiectiue & partialiter.Et organice quidem cõem dicunt eã que elicitur quidem a corpore:nõ tamen toto:uerũ ab aliqua parte corporis:perfecta per aliquã aĩe partem poteſtatiuã:eo modo quo ab oculo elicitur uiſio: in quo potentiã uiſiuã reſidere liquet. Deinde uero ut aiunt dicitur.2.operatio cõis obiectiue:illa uidelicet cuius elicitiuũ principium.eſt aĩa ſola quidem:uerũ abſq; obiecto corporeo exerceri nequit: uti eſt nr̃a intellectio in ſtatu uie: que fantaſmata neceſſario nõ quaſi organa ſed quaſi obiecta exq̃rit. Tandẽ uero cõis dicitur operatio partialiter negatiue tñ: ut ſi qua a toto compoſito primo producitur:ita uidelicet ꝙ aĩa nulli certe parti corporis eſſet ratio elicitiua aut productiua eiuſmodi operationis :ut accidebat in communi primo modo:nec ipſa etiã anima ſe ſola eam eliceret ut dicebatur de communi modo.2.ſed eſſet ratio operandi toti compoſito primo:ſicut ſi dicamus animam ſe uolutãtis aut ruentis ab alto eſſe tali corpori rationem ꝙ moueatur ad ima .Similiter quoq; ſecundum iſtos per oppoſitũ dicitur opus anime proprium tripliciter:aut quia non eſt per corpus ueluti per organum:aut quia per illud non ſit tamq̃ per obiectum:aut quia non eſt per corpus totum tamq̃ per partem alicuius compoſiti :quod primo operetur. ¶ Tertio.quoq; aduertẽdum eſt ꝙ ipſa predictorum diuiſio eſt mala & a diabolo excogitata: ad obnubilandum uere philoſophie & chriſtiane pietatis doctrinam. Quod equidem ex hiis liquet. Nam tertium in ordine membrum eſto in natura conſtare poſſit :tamen a primo utiq; nõ differt : niſi ea rõne ꝙ illud qđ in mẽbro primo facit pars corporis:hoc in mẽbro tertio.corpus totũ efficit: nõ autẽ corporis pars certa determinata ac ſignata. Patet uero in tertio de anima textu com. quarti & quinti .ab operatione intellectus organũ excludi, quia corpus eſt:non autẽ quia corporis pars aut corpus totũ eſt: quippe ex utroq; eq; ſequit̃ ꝙ ĩtell ctus aut qualis aut calidus aut

certe frigidus ſit:ſeu corporis totius ſeu partis alicuiꝰ actus ſit:imo hoc magis inferri dixeris ſi totius corporis.ut a parte organica p̃ſcindit actus ſit:q̄.ſ.organum iam ſit tali corpore immaterialius ut poteſ quod ſpecies rerū ſine materia excipiat. Tertiū ergo iſtud membrum q̈tum ad preſentem inſtitutionem pertinet: cōtra primum diſtingui nec debet nec pōt. Et preterea cum anima rōnalis nō operetur niſi per potentias ut nunc ſuppono:omnis aūt potentia anime ut inductiue patet:aut habet organū aut in parte eſt itellectiua:oēs eni potentie ſenſitiue & uegetatiue hn̄t organū corporale:apud oēs cum medicos tū phos:conſequenter autem omnis paſſio uel operatio cōis anime & corporis:per partem corporis .i. organū ſit oportet:niſi dicatur ipſum tangere eſſe operationē que per totum corpus ſit:ea ratione q̄ organum tactus per corpus oē dilatetur:& tamen patens eſt q̄ nuq̄ homo toto corpore tangit: imo corporis partes alique ſunt:in quibus nequaq̄ exiſtit anima ſm̄ rationem tactus:uerum.ſecundum potentias uegetatiuas dumtaxat:cuiuſmodi ſunt dētes & ungues ac caro tactus organū protegens. Non eſt ergo illa diuiſio philoſophica ſed diabolica.i. diabolice malignitati acomoda.¶ Aduertendū eſt.4.q̄ Ariſtoteles ī prima cōditionali quicquid de reliquis dicatur:nō loquitur aſſertiue aut determinando ueritatem:ſed inquiſitiue & diſputatiue potius:uolens oſtendere dificultatem accipiendi de anima ueritatē: ſicut etiā facit in multis que poſt iſta uerba dicit:unde illa uerba q̄ poſt hac ſequuntur:ſcilicet.intelligere & amare & odire non ſunt anime paſſiones.temix.exponens dicit:q̄ Ariſtote.ibi aſſimilatur magis dubitanti q̄ docenti:nundum enim deſtruxerat opinionē dicentium non differre intellectum & ſenſum.Et ita etiam in propoſito cum necdum eiuſmodi opinionem euertiſſet:dictas conditionales argumentando profert:uolens per primam oſtendere q̄ de paſſionibus anime accipere notionem difficile ſit: quippe etiā illa que uidentur maxime propria anime:ut intelligere: uidentur eſſe coniuncti:cum intelligere ſit aut fantaſia quedā. i.ſenſus. aūt non ſine fantaſia:unde etiā in hoc.ſ.tho. introducit Ariſtotelem quaſi argumentātē:cōcludens in fine ac dicens.Et in hoc erit difficultas huius queſtionis:quia ſcilicet oēs paſſiōes anime ſm̄ apparentiā uidenẗ eſſe cōiuncti.hec.ſ.tho.qui etiā dicit q̄ p duas ſequētes conditionales

tes conditioales oſtendit neceſſitatẽ dicte queſtionis: ſcilicet an omnes anime paſſiones cõiuncti ſunt necne. Quia tñ argotizando ari. quomodo uerũ dicit:non aũt omnino:ſed plenã determinationem reſeruans ad librũ tertium:ideo diuus tho. eius determinationem quaſi preueniens:dicit hoc ex parte uerum. & falſum ſimiliter ex parte. Intelligere enim eſt aie propriũ. i. ſine corporeo organo & non proprium. i. ſine obiecto corporeo:adducẽs ariſtotelem dicentẽ ꝙ fantaſmata ſe habent ad intellectũ ſicut colores ad uiſum:qui. ſ. ad uiſum ſe babent ut obiecta:nõ autẽ ut organa uel inſtrumenta:ut ſoluendo dicetur. ¶ Secundus aũt tex. eſt in 3. de aia tex. com. 17. uſqꝫ ad tex co. 20. ubi ari. loquens de intellectu agente ſic dicit. Quoniã aũt ſicut in omni natura eſt aliquid: hocquidẽ materia unicuiqꝫ generi (hoc autem eſt potentia omnia illa) alterum autẽ cauſa & factiuũ:quod in faciendo oĩa ut ars ad materiam ſuſtinuit:neceſſe eſt in aĩa has eſſe differentias. Et eſt intellectus hic quidẽ talis in oĩa fieri. ille uero in oĩa facere:ſicut habitus quidã:& ſicut lumẽ:quodã enim modo & lumen facit potentia exiſtentes colores. ¶ Et hic intellectus ſeparabilis & impaſſibilis & inmixtus: ſubſtantia actu ens: ſp enim honorabilius eſt agens patiente & principiũ materia. ¶ Idẽ aũt eſt ſm actum ſciẽtia rei:q̃ uero ſm potentiã tempore prior in uno eſt: omnino aũt neqꝫ tempore, Sed nõ aliqñ quidem intelligit: aliquando autem non intelligit. ¶ Separans aũt eſt ſolum in hoc quod uere eſt :& hoc ſolum immortale & perpetuum. ¶ Non reminiſcimur autẽ quia hoc quidem impaſſibile:paſſiuus uero intellectus corruptibilis:& ſine hoc nihil intelligit anima. Hec ariſtoteles. Quem equidem textum diuus thomas diuidit per particulas quinqꝫ: iuſta ea que ſignauimus:in quarum prima dicit ariſtotelem probate:ꝙ in anima ſit intellectus agens quia in omni natura que eſt: ideſt que operatur quandoqꝫ i actu &quãdoqꝫ in potentia. principiũ actiuũ & paſſiuum ſit oportet:& conſequenter iſta eſſe oportet in aĩa:qđ ut idem innuit intelligere oportet aliter q̃ in aliis naturis que nõ agunt ſed aguntur:in hiis enim agens extrinſecum eſſe poteſt:nõ in anima:quia non eſſet arbitrio libera:nec a natura ſufficienter i ſuo gradu inſtituta. In ſecunda uero particula que incipit ibi:& hic intellectus ſeparabilis :ponuntur quattuor conditiones intellect⁹

agentis.ſ.eſſe ſeparabilem:impaſſibilem:immixtum.ſ.ex corpori bus uel immixtum organo:(& in his tribus conuenit cum poſſibi li)& in actu ſm ſubſtantiam in quo differt a poſſibili qui ſm ſuã ſubſtantiam eſt in potentia quod intellige:quia intellectus agens ſm ſuam ſybſtantiã uel eſſentiam eſt actus nõ ordinatus ad alium actum quo perficiatur:ſecus de poſſibili.Et hoc probat quia agẽs agit inq̃tum eſt actu:unde eſt nobilius paſſo. In tertia aũt que in cipit ibi:idem autem eſt ſm actum ſcientia rei incipit loqui de in tellectu in actu:dicens quod eſt idem rei intellecte:& ꝙ in eo po tentia ad ſcientiã eſt prior actu:& ꝙ nõ quandoq; intelligit & quandoq; nõ: cũ ſit in ipſo intelligere:per quod differt a poſſibili & habituali. In quarta autem que incipit ibi:ſeparatus autem loquitur de tota parte intellectiua:que ſeparata eſt:ex hoc ꝙ ſine organo operatur quod non põt dici ſolũ de poſſibili.uel ſolum de agente.& eſt il lud qđ dixerat in.2.ꝙ hoc genus anime ſeparatur ab aliis ſicut ꝑ petuum a corruptibili.In quinta autem que icipit ibi :non remi niſcimur autem excludit obiectionem:ne ſcilicet quis credat ꝙ ĩ anima ſi manet poſt mortem ſit rerum reminiſcentia eo modo quo nunc:quod falſum eſt:quia pars manens eſt impaſſibilis:ideo in ea uon ſunt paſſiones:ut ſunt amor odium & reminiſcentia & huiuſmodi:que ex aliqua paſſione corporali contingunt:paſſiuus uero intellectus ideſt pars auime que non eſt ſine dictis paſſioni bus:eſt corruptibilis:pertinet enim ad partem ſenſitiuam que dici tur intellectus & rationalis participatiue primo ethi. & ſine hoc intellectu nihil intelligit anima.Hec eſt ſententia & mẽs diui tho me in ſua expoſitione. ¶ Circa iſtum autem textum quidam di cunt multa prolixe:& perplura nihil ad noſtrum inſtitum attinen tia:unde eorum doctrinam obiter recitabo.Sic aũt habent. Nam primo multũ laborant in declarando quonammodo in particula prima.natura ſumatur:& tandem inferũt ꝙ ex ratione ariſto.non hr̃. ꝙ in aĩa ſit ageus & patiens diuerſis potẽtiis:ſed ſolũ ꝙ he dif ferentie ſunt in aĩa ſicut in oĩ natura:ꝑ quod uolũt iſti hr̃e ꝙ ſm ari.intellectus agẽs ſit ſubſtãtia ſeparata uti poſſint ꝑpetuitatẽ quã ari.aſcripſit intellectui:attribuere ipſi intellectui agentĩ:conſequẽ ter uero negare a poſſibili:& conſequenter ab anima noſtra. Vel lem autem quemadmodum & equum eſt:iſti ita ſecure ſomnian

tes:& ſine probatione imponentes ariſtoteli ꝙ intellectus agens ſit ſubſtantia ſeparata:reſponderent ad rationes diui thome precептoris ſui:qui.2.contra genti.ca.78.alias.77.probat hoc eſſe falſum in hec uerba: Quia uero plures crediderunt intellectum agentē eſſe intelligentiam ſeparatam fuiſſe de mente ariſtotelis oſtendēdum ex uerbis eius ꝙ ipſe hoc non ſenſit. ¶ Dicit enim primo ꝙ ſicut in omni natura eſt aliquid quaſi materia ī unoquoq; gñe:& hoc eſt in potētia ad oīa que ſunt illius generis:& altera cā ē quaſi efficiēs quod facit oīa q̄ ſunt illius generis:ſicut ſe habet ars ad materiā:neceſſe eſt & in aīa eſſe has differentias:& hmōi quidē.ſ. ꝙ in aīa ē ſicut materia intellect⁹ poſſibilis in quo fiunt oīa intelligibilia:ille uero qui in aīa eſt ſicut efficiens cauſa: eſt intellectus in quo eſt omnia facere.ſ.intelligibilia in actu.i.intellectus agens qui eſt ſicut habitus:& non ſicut potentia. Qualiter autem dixerit intellectum agentem habitum exponit ſubiungens quod eſt ſicut lumen:quodam enim modo lumē facit potentia colores eē actu colores inq̄tum.ſ.facit eos uiſibiles actu:hoc autem circa intelligibilia attribuitur intellectui agenti. ¶ Ex his autem manifeſte habetur ꝙ intellectus agens non ſit ſubſtantia ſeparata:ſed magis aliquid anime expreſſe enim dicit ꝙ intellectus poſſibilis & agens ſunt differentie anime:& ꝙ ſunt in anima:neutra ergo eaꝝ eſt ſubſtantia ſeparata. ¶ Adhuc ratio eius hoc idem oſtendit. In omni materia in qua inuenit potentia& actus ē aliquid quaſi materia qđ eſt in potētia ad ea que ſunt illius generis:& aliquid quaſi agēs quod reducit potentiam in actū. Sicut in artificialibus eſt ars & materia:ſed aīa intellectiua eſt q̄dam natura in qua inuenit potētia & actus:cū qñq; ſit actu intelligēs:& qñq; in potētia ē igitur in natura aīe intellectiue aliquid quaſi materia qđ eſt ī potētia ad oīa intelligibilia qđ dicitur intellect⁹ poſſibilis:& aliquid quaſi cauſa efficiens quod facit omnia in actu & dicit intellect⁹ agēs: uterq; igitur intellectus ſm demonſtrationē ari. eſt in natura aīe & non aliquod ſeparatum ſm eſſe a corpore:cuius aīa eſt actus. ¶ Amplius ariſto. dicit ꝙ intellectus agens eſt ſicut habitus quod eſt lumē:habitus autem non ſignatur ut aliquid per ſe exiſtēs: ſed alicuius habentis:non eſt igitur intellectus agens aliqua ſubſtātia ſeparatim per ſe exiſtens ſed eſt aliquid aīe humane. ¶ Nō autem

intelligitur littera aristo. ut habitus dicatur eſſe effectus intellectus agentis: ſed ut ſit ſenſus: intellectus agens facit hominē intelligere oīa quod eſt ſicut habitus. hec eni eſt diffinitio habitus. (ut cōmē. auerrois ibidē dicit) ꝙ habens habitū intelligat per ipſum qd' eſt ſibi propriū ex ſe: & quando uoluerit abſqꝫ hoc ꝙ indigeat in eo aliquo extrinſeco: expreſſe enim aſſimilat habitui nō ipſum factū: ſed intellectum quo eſt oīa facere. ¶ Nec tñ intelligendum eſt ꝙ intellectus agens ſit habitu s per modū quo habitus eſt in ſecūda ſpē qualitatis: ſm ꝙ quidā dixerunt intellectū agentē eſſe habitū principiorum: quia habitus ille principiorꝝ eſt acceptus a ſenſibilibus (ut probat ari. 2. poſteriorū) & ſic oportet qd' ſit effectus intellectus agentis: cuiꝰ eſt fantaſmata que ſunt intellecta in potentia facere intellecta in actu: ſed accipitur habitus ſm ꝙ diuiditur contra priuationem & potentiā: ſicut omnis forma & actus poteſt dici habitus: & hoc apparet quia dicit hoc modo intellectum agentem eſſe habitū: ſicut lumē habitus eſt. ¶ Deinde ſubiungit (ꝙ hic intellectus. ſ. agens eſt ſeparatus & immixtus & impaſſibilis & ſubſtantia actu eſt) horꝝ autem quattuor que attribuit intellectui agēti: duo ſupra expreſſe de intellectu poſſibili dixerat. ſ. ꝙ ſit immixtꝰ & ꝙ ſit ſeparatus: tertium. ſ. quod ſit impaſſibilis ſub diſtinctione dixerat (oſtendit enim primo) quod non eſt paſſibilis ſicut ſenſus Et poſt modum oſtēdit quod communiter accipiendo pati paſſibilis eſt inq̄tum eſt. ſ. in potentia ad intelligibilia. ¶ Quartum uero omnino negauerat de intellectu poſſibili: dicendo quod erat in potentia ad intelligibilia & nihil horum erat actu ante intelligere. Sic igitur in duobus primis intellectus paſſibilis conuenit cum agente: in tertio partim conuenit. & partim differt: in quarto autem omnino differt agens a poſſibili. Has quattuor cōditiones agētis probat per unam rationē ſubiungens (ſemper enim honorabilius eſt agens patiēte & principiū. ſ. actiuū materia) ſupra. n. dixerat (quod intellectus agens eſt ſicut cauſa efficiens: & poſſibilis ſicut materia). Per hoc autem medium concluduntur duo prima ſic: agens eſt honorabilius patiente & materia: ſed poſſibilis qui ē ſicut patiens & materia eſt ſeparatus & immixtus. (ut ſupra probatum eſt:) ergo multo magis agens: alia uero per hoc medium ſic excluduntur: agens in hoc eſt honorabilius patiente & materia ꝙ

comparatur ad ipſum:ſicut agens & actu ens ad patiens & ens in potentia intellectus autem poſſibilis eſt patiens quodammodo & potentia ens:intellectus igitur agens:eſt nõ patiens& actu ens. ¶ Patet autem ꝙ nec ex his uerbis ariſtote.haberi poteſt ꝙ intellectus agẽs ſit quedam ſubſtantia ſeparata:ſed ꝙ ſit ſeparatus hoc modo quo ſupra dixit de poſſibili : ſcilicet ut non habeat organum ¶ Quod autem dicit ꝙ eſt ſubſtantia actu ens nõ repugnat ei ꝙ ſubſtantia anime eſt in potentia(ut ſupra oſtenſum eſt)deinde ſubiungit.(Idẽ autem eſt ſm actum ſcientia rei) in quo cõdicit)ꝙ differt intelectus agens a poſſibili.nã in intellectu agente idem eſt intelligẽs & intellectum non autem in poſſibili. Hoc autem manifeſte eſt contra intentionem ariſto. Nam ſupra eadẽ uerba dixerat de intellectu poſſibili ubi dixit de intellectu poſſibili (ꝙ ipſe intelligibilis eſt ſicut intelligibilia.in his enim que ſine materia ſunt idem eſt intelligens & quod intelligitur : ſcientia namq; ſpeculatiua & quod ſpeculatum eſt idẽ eſt)manifeſte enim per hoc ꝙ intellectus poſſibilis prout eſt actu intelligens idem eſt cum eo quod intelligitur :uult oſtendere ꝙ intellectus poſſibilis intelligitur ſicut alia intelligibilia:& primum ſupra dixerat. (ꝙ intellectus poſſibilis eſt quodãmodo intelligibilia: ſed nihil actu eſt anteq̃ intelligat:ubi expreſſe dat intelligere ꝙ per hoc ꝙ intelligit actu ſit ipſa intelligibilia. ¶ Nec eſt mirum ſi hoc dicit de ĩtellectu poſſibili:quia hoc etiam ſupra dixerat de ſenſu ac ſenſibili ſm actum :ſenſus enim fit actu per ſpeciem ſenſatam ĩ actu: & ſimiliter intellectus poſſibilis fit actu per ſpeciem ĩtelligibilem actu:& hac ratione intellectus in actu dicitur ipſum intelligibile in actu. ¶ Eſt igitur dicendum ꝙ poſtq̃ ariſtoteles determinauit de intellectu poſſibili & agente:hic incipit determinare de intellectu in actu dicens(ꝙ ſcientia in actu eſt idem rei ſcite in actu)deinde dicit (qui uero ſecundum potentiam tempore priori ĩ uno eſt: omnino autem neq; in tempore): qua quidem diſtinctione inter potentiam & actum in pluribus locis utitur:ſcilicet ꝙ actus ſecundum naturam eſt prior potentia actu: ſimpliciter uero loquendo non eſt:potẽtia etiã tempore prior actu:quia potẽtia non reducit̃ in actũ niſi p actum:dicit ergo ꝙ intellectus qui eſt ſm potentiã. ſ. poſſibilis ꝑut eſt ĩ potentia prior eſt tẽpore q̃ intellect⁹in actu:&

hoc dico in uno & eodē:non tñ oio.i.uniuerſaliter quia intellect⁹ poſſibilis reducitur in actum per intellectū agentē q eſt in actu ut dixit:iterū per aliquē intellectum poſſibilē factum actu (unde dicit i.3.phy.ꝙ ante addiſcere indiget aliquis docente ut reducatur de potentia in actū)ſic igitur in uerbis iſtis oſtendit ordinē intellectus poſſibilis prout eſt in potētia ad intellectū in actu. Deinde dicit(ſed nō aliqñ qnidē intelligit)& aliqñ non intelligit in quo oñdit differētiā ītellectus iu actu & ītellectus poſſibilis (ſupra eñ dixit de ītellectu poſſibili q nō ſemp intelligit:ſed qñqꝫ nō ītelligit)qñ.ſ.ē in potētia ad ītelligibilia:qñqꝫ intelligit qñ.ſ. in actu eſt ipſa: intellectus autē per hoc ſit actu ꝙ eſt ipſa intelligibilia ut iam dixit unde non competit ei qñqꝫ intelligere & qñqꝫ non ītel ligere.¶ Deinde ſubiūgit.(Separatū aūt hoc ſolū qđ uere eſt)qđ nō pōt intelligi de agēte nō.n. ipſe ſolus eſt ſeparatus qr iā idē di xerat de ītellectu pob:ſiili:nec pōt intelligi de poſſibili qr iā idē dixerat de agente.Relinquitur ergo ꝙ dicatur de eo quod cōpre hendit utrumqꝫ.ſ.de intellectu in actu de quo loquebatur:qr hoc ſolum in anima noſtra eſt ſeparatum nō utens organo quod ptinet ad intellectū in actu.i.illa pars anime qua intelligimus actu cō prehendens poſſibilem & agentem.¶ Et ideo ſubiūgit(ꝙ hoc ſolum aīe eſt immortale & perpetuū)quaſi a corpore non depēdēs cum ſit ſeparatum.Hec diuus tho.ibi ex quibus liquet q̃ grauiter & ſapienter probet ariſtotelem ita ſenſiſſe:conſequenter autem q̃ leuiter ſine probatione ſui diſcipuli ab eius mente cum tanta fidei iactura & tanto puſillo℞ ſcandalo recedant.Vnde dictam particu lam lōge melius diuus thomas exponit:inferēs inrellectū agentē eſſe aliquid anime:aliter nō ageret anima uerum potius ageretur. ¶ Dicunt.2.iſti ꝙ ſicut cum dico intellectus poſſibilis duo dico:li intellectū & li poſſibilē:& quatenus eſt intellectus opus eius eſt intelligere:quatenus uero eſt poſſibilis actus eius eſt pati:ita cū di cis intellectu agentem uocē tuam percipe:& ſicut quatenus agēs eſt ꝙ operatio eius ſit omnia facere nō negas:ſic quatenus intelle ctus eſt ꝙ operatio eius tntelligere ſit:non inficiare. Vnde in hoc capitulo inquiunt utramqꝫ operationem ei attribuit Ariſtote. primam quaſi tranſeuntem dicens:ꝙ eſt quo eſt omnia facere: ſecun dam quaſi immanentem cū dicit ꝙ eſt honorabilior paciente:qđ

eſt immateriale ĩmaterialitas eñi dat eſſe intellectiuũ:& cũ dicit ꝙ ſcia ſm actũ eſt eadẽ rei:& cũ dicit ꝙ non qñqȝ intelligit &c. Hec iſti qui primo quidem omnes contrariũ ſentientes arguunt quaſi propriam uocem ignorarint:conſequenter autem & diuum tho. & capreo. a quibus habent omne quod ſunt. Deinde uero ipſi ſuã uocẽ ignorãt:quippe qui putant omne qđ dicitur intellectus ĩme diate intelligere:oĩ alio preciſo:quod in aĩa rationali falſũ liquet que ĩtellectus dicitur:ut hoc eodẽ capitulo ex.xi.me. liquet:nec tñ intelligit niſi per potentiam.i.intellectum potentiã ad cuius actũ ordinatur:& ſimiliter intellectus agens intellectus dicitur:non quia intelligat:ſed qr ad hoc ut intellectus poſſibilis intelligat ordina tur. Deinde uero ex iſta ſua poſitiõe hre uolũt & expreſſe fatẽtur: ꝙ quia prima operatio nequit a ſenſibilibus abſolui: quippe que terminatur ad illam et ad que intellectus poſſibilis:ideo ad ſecun dam ſe tranſtulit ariſtoteles & illã ſeparatam ac perpetuã aſtruxit: & ex ea immortalitatẽ intellectus illius ſtatim intulit hec iſti. Di co uero ꝙ ut ariſtotelẽ ad rõnalis anime mortalitatẽ trahant:ĩtel lectum agentẽ cũ ſit aĩe potentia ut patuit:faciũt pceptiuã poten tiam:nec mirũ cũ illum faciant ſubſtantiã ſeparatam ſm ariſto. cõ tra predicta:& conſequenter etiam anima non intelliget ex ſe & libere:ſed ad intelligendum agitur ab alio:nec habet iudiciũ libe rum pluſq̃ bruta. que a ſenſibilibus ad ſentiendum aguntur q̃ oĩa nulli dubium eſt eſſe cõtra mentẽ ariſt. & conſequenter & hec ex poſitio:unde propter eam cõmunis expoſitio minime ꝑtermitten da aut poſtergãda fuit. ¶ Tertio dicũt circa operationẽ intellectꝰ agentis aduertendũ:ꝙ & ſi hec tria. ſ.idẽtitas ſcientie cum re ſcita: prioritas potẽtie reſpectu actus & cõtinuitas intellectionis:ſm di uerſas expoſitiões diuerſis attribuantur a littera tamẽ aliene ſunt omnes:quippe que uel fictum aliquid afferant:uel dicant aliquid puerile. Fingunt enim que eiuſmodi intellectui agenti uel poſſibi li ſm ſe uel ſecundum totam ſpeciem aſcribunt: leuis autem eſt qui hec attribuit intellectui in actu.2. quia a nullius mente quaſi dubium excludendum eſt de intellectu in actu.2.ꝙ non quãdoqȝ intelligit:quandoqȝ uero non intelligit. cũ de omni actu operãte certum ſit ꝙ non qñqȝ operatur qñqȝ uero nõ operatur. Deinde uero ſuam expoſitionẽ afferunt. Ego autem dico diuum thomã

cuius expoſitio hic puerilis pueriliter aſtruitur ſemper grauiſſime & modeſtiſſime. etiam in iuuentute docuit: quippe qui nūq̄ uerbū elatū protulit nec alicuius offenſiuum niſi contra impugnatores. aut religionum aut pietatis fidei chriſtiane. Quod uero hic dicit̃ de itellectu in actu ꝙ ſemp intelligi: & nō quandoq; ſic qn̄q; nō: pueriliter dictū nō ē & ſi forte pueriliter itellectū ē: quippe euidēs quidē eſt ꝙ operatio cōtinuata nō ē iterrupta: ut qn̄q; ſit qn̄q; nō ſit: euidēs tn̄ nō erat ꝙ i habitiōe talis operatiōis differat itellect⁹ in actu ab intellectu agēte & ēt a poſſibili: quoꝝ gratia de itellectu in actu illud dictū fuit: ut inter eū & alios intellectus differētia doceretur: & ut doctrina de intellectu compleretur: qui cum ſm̄ philoſophos quadruplex in nr̄a anima aſtruat̃ agens. ſ. poſſibilis habitu & adeptus. i. in actu: ſm̄ grauiſſimā expoſitionē diui tho. de hiis omnibus. & de ſubſtantia anime prout ex ea pululant he potētie. ibi ab ariſtotele in textu habetur: ubi & expletur ſermo de potentia intellectiua: de qua ab inde in eo libro minime tractatur: uerum de actibus anime & quibuſdam aliis. At uero expoſitio quā iſti ſubiungūt de mente ari. ſm̄ quā totus hic textus de intellectu agente ab eis exponitur: primo animā a natura ſufficienter inſtitutam negat: ut pote ex ſe minime habentem unde libere iudicet & agat. Et. 2. aſtruere cogitur de mente ari. eſſe fictionem auerrois de modo intelligendi per unum omniū intellectum immortalem: ſi nullo nos immortali proprio intelligimus: quod uiſo. ſ. tho. contra auerroiſtas & in cōtra gen. in prima parte: nullus niſi proteruiēdo diceret. Et. 3. ariſtotelē facit diminutū: quippe qui apud iſtos de adepto intellectu nihil dixiſſet: nec de ſeparabilitate uel inſepabilitate aīe ſm̄ ſubſtantiam niſi implicite tantū: ea. ſ. ratione qua ſm̄ iſtos intellectum poſſibilem dicit corruptibilē: quod nō eſt rōnabile: qr cum iſta concluſio aīam. ſ. rōnalem eē mortalē ſit falſa ēt philoſophice: & cōtrariū ſenſerit p̄ceptor ariſtotelis plato & preceptor p̄ceptoris ſocrates: nō eſt ꝓbabile ꝙ ariſto. cōtra p̄hiam & ſuum preceptorē unico & dubio uerbo & iplicite tm̄ prolato eā uoluerit aſtruere: nec minus eſt iprobabile ꝙ ariſt. in cuius doctrina hactenus cōtra fidem aut ueritatem inuentum eſt nihil uel in moralibus uel in logicis uel in phiſicis aut diuinis: preter id quod dubitando non ut certū ſed ut probabile de mundi eternitate ſenſit:

in hac

in hac concluſione de animi noſtri imortalitate defecerit:in quã tota naturalis conſideratio uidetur ordinari:nec doctrine ſui preceptoris que in hoc uera erat fuerit capax. Sed hec eſt temporis noſtri ſuperba malignitas:qua multi putant ſe inter preclaros philoſophos non cenſendos:niſi contra ueram fidem & chriſtianã pietatem aliquid aſtruant:nõ quaſi uerũ.ſed quaſi de mente auerrois aut certe ariſtotelis uel eiuſmodi:adeo ut pene nihil in gimnaſiis de rerũ ueritate diſputetur:ſed de mente philoſophorum:maxime auerrois:cũ eneruatione uigoris fidei in mentibus puſillorũ : qua ſi auerrois eis ſit menſura ueritatis:quod ex magna ruditate procedit ut.ſ.qui rationũ capaces nõ ſunt:ſcientiam in humana auctoritate poſſideant huius uiri precipue qui uerã phiam deprauauit :& multa rudiſſime docuit:ut pote ꝙ una forma oẽs operamur: ſiue ꝙ uno intellectu omnes intelligimus:& ꝙ ſubſtãtie ſeparate a nobis ĩtelligi poſſunt in hac uita:alioquin fruſtra inqt eſſent ſi nõ intelligerentur a nobis: quod equidem contra experientiam dixeris probatio uero ſua eſt puerilis:quia ad hoc ordinate uon ſunt: etiã habent operationẽ propter quã principaliter ſunt:& cõſequenter ſi a noſtra intellectione paſſiua deficiunt non ſunt fruſtra:quia ſuum principalem finem aſſequũtur :qui eſt operatio propria ut dicitur in libro de celo & mũdo.Sectatores autẽ eius conantur hoc honeſte colorare:quia ad hoc ſunt ordinate inquiunt inq̃tũ entia & ſi non inq̃tũ ſubſtantie tales:ꝙ adhuc non bene dicitur:tũ quia pari ratione intelligeremus deum:& cordium ſecreta:& que mala in ſeculo fiunt:& omnes ſpecies uermiculorum in terra& mari:cũ oĩa iſta inq̃tũ entia ſub obiecto noſtri intellectus cadant:& ad id ordinentur ut intelligantur:tum quia eſto inq̃tum entia ſint ad hoc ordinata ut intelligantur:dico ꝙ intelliguntur a ſe & ſi non a nobis:conſequentur autem non ſunt fruſtra: tum etiam quia iſta glo.ex dictis eius non habetur:tum etiam quia cum hoc habent alium finem ut dictum eſt. Econtra uero doctores ſancti ea que philoſophie ſunt:lõge ſubtilius & copioſius item & clarius q̃ philoſophi tradidere:in qua re precipue diuus thomas in libro cõtra gentiles:teſtis eſt:in quo ad eas concluſiones ad quas philoſophi rationes paucas & obſcuras adduxere: diuus thomas multas adducit & clariores & meliores: concluſiones innumeras aſtruit: de

E

quibus philoſophi nec cogitarunt quidem. Verum quia & ueritatis:& chriſtiane pietatis zelus me longius abduxit: & a ſpeculatiuis ad pratica:iam ad propoſitum redeamus. ¶ Quarto uero predicti circa ſeparationem intellectus agentis dicunt Ariſtotelem iacto illo fundamento in prohemio :ꝙ intelligere ſi fantaſia aut non ſine fantaſia eſt:non erit ſine corpore:quia non inuenit intellectui poſſibili aliquã operationem ſine fantaſmate: quam tamẽ intellectui agenti inuenit:quia ſcilicet ſecundum ſubſtantiam ſuã ſc t actu & ſemper:ſtatim intuliſſe illius imortalitatem:& mortalitatem iſtius:unde & dicit ꝙ eſt ſeparatus ſicut quod uere eſt: ideſt ſeparatus eſt in eſſendo & ſubſtantialiter. Quaſi diceret. Intellectus poſſibilis quem etiam ſupradixerat ſeparatum eſt: ſeparatus ſicut rectum:& habet operationem ſine corpore ſicut ſpera tãgit rectum in puncto.Et quia plato ponens animam noſtrã habere eternam ſcientiam ſecundum ſe:dicere cogebatur noſtrum addiſcere aut inuenire eſſe:aut reminiſci:ne quis ad dictam poſitionem idẽ ſequi putarit:huic tacte obiectioni reſpondet ariſtote.dicens. Nõ reminiſcimur autem.ideſt noſtrum ſcire non eſt reminiſci:& cauſa eſt:quia iſte intellectus perpetuus impaſſibilis eſt:ea paſſiõe qua intellectus patitur ab intelligibili: quia per ſuam ſubſtantiam eſt actu intelligens:paſſiuusuero intellectus.i.poſſibilis:qui patitur ab intelligibili dum fit ſingula ſicut ſenſus:eſt corruptibilis ſm rem: & ſine hoc intellectu poſſibili anima nihil intelligit:qui tamẽ ſm platonem:quia ideis informatus erat a principio: ſequebatur ſcire noſtrum aliud nihil eſſe ꝗ reminiſci.Neſcire aũt iſti ſe dicunt quis in hac littera primus mortem ſomniauit:& inchoauerit exponere ꝙ non reminiſcuntur poſt mortem.Si.n.inquiunt uis falſam iſtã expoſitionẽ conuincere:uide primo li reminiſcimur:de nobis enĩ hominibus loquitur in numero plurali:& non de aĩa: dicendũ.n. fuiſſet non reminiſcitur aũt.Vide.2.li.quia:cauſalis enĩ nota eſt:& illi expoſitioni ſeruit ad nihil:imo dicendum fuiſſet:licet hic intellectus ſit poſſibilis.Vide.3.li paſſiuus intellectus:in nullo enĩ unꝗ̃ opere ariſtotelis inuenitur ſignificatum intellectus noĩe niſi uere intellectũ. Quare hic ſolũ equocatio? Vide.4.& ſine hoc nihil intelligit aĩa:ſi enim de reminiſcentia poſt mortem.& de cogitatiua ſermo erat;dicendum erat:& ſine hoc nihil reminiſcitur anima

& non nihil intelligit:quia hoc & falſum & extra propoſitum ē. Vide.5.ꝙ uerba ariſtotelis in primo libro tex.com.66. que afferūtur ad inſinuandum ꝙ que illic diſputauit & hic affirmauit: extra propoſitum ſunt:quia manifeſte ibi loquitur de ipſa anima:ut diſtinguitur contra nos:unde dicit ꝙ non ſunt illius paſſiones: ſed habentis:quia & hoc corrupto non memoratur neq; amat:hic uero manifeſte loquitur de nobis ut dictum eſt:dum dicit non reminiſcimur autem.hec ex illis quaſi formaliter. ¶ Circa iſtam autem particulam dico multa. ¶ Primum.Ariſto.neq; experientia neq; ratione intellectū agentē intelligere probarit: aut q̈uis operationem habere:niſi in fantaſmata:iſti autem expoſitores illud ex eo haberi uolunt:ꝙ in textu dicitur honorabilior patiente.i.poſſibili Ex hoc enim inferunt ꝙ ſit immaterialis.i.ſeparatus a materia: ex quo inde inferunt ꝙ ſit intellectus ſeu intellectiuus & conſequēter intelligat.Ex his autem eorum dictis:duo infero: primum ꝙ apud iſtos uoluntas ſit intellectus:quia eſt immaterialis.Secundū uero ꝙ iſti expoſitores ſint circulares:quia ex immaterialitate ſeu ſeparatione a materia inferunt operationē ſine fantaſmate:ex qua operatione rurſus inferunt illius intellectus ſeparationem ſeu immortalitatem. ¶ Scd'm.apud iſtos expoſitores ariſtote.incongrue probat intellectū agentem eſſe ſubſtantiam ſeparatam & immaterialem.Sic enim arguitur. Intellectus agens eſt nobilior poſſibili qui.ſ.apud iſtos eſt materialis & corruptibilis:ergo eſt immaterialis & incorruptibilis ubi fallatia conſequentis utiq; interuenit. Imo iſti expoſitores ueritate ēt ab īuitis pectoribus emergēte: dū intellectus agentis immaterialitatem concludere moliuntur ponunt ipſum poſſibilem eſſe immaterialem quem materialē & corruptibilē de mente ariſtotelis concludere moliunť.Arguunt.n.ex pſona ariſtote.hoc pacto.Cum enim agens honorabilius ſit patiēte:& patiens ſit imateriale:oportet hoc agens quoq; ſeparatū eē a materia.Et ſi dicať ꝙ nō eodē modo ſumiť immaterialiter:ſequitur ꝙ ꝓbetur nihil. ¶ Tertiū.ſm iſtam expoſitionē:illa particula nō reminiſcimur aūt:minime cōgruit:qr poſito ꝙ ille ītellectꝰ ſit a nobis ſm ſubſtantiā ſeparatus:operatio eius nō ē noſtra: ideoq; uanū eſt reddere rationē:quare ſm illū intellectum noſtrum ſcire nō eſt reminiſci:cū ille intellectꝰ eque ad nos ſpectet ut ſol ad ocu

lum noctue uel ad colores:unde particulã illam.ſ.tho.cõgruẽtius introducit:qui etiã in expoſitiõe huius tex.mortẽ ſeu ſeparationẽ introduxit:ex quo ſm iſtorum dictum ſequiturq̧ primo ſomnia uit aut primũ ſomniantẽ ſit ſequut᷒. Verũ iſti ſomniant illud dictum eẽ ſomniũ:quod tamẽ ueritas eſt & plena ariſtotelice mẽtis penetratio:apud quem ſeparatio anime rationalis a corpore: non ſomnium ſed res certa eſt: uel ſaltem meditata & credita: conſequenter autem fundamentum illius glo.ſ.poſt mortẽ ab ariſtotele ſumptũ eſt:qui de iſta ſeparatione crebro mentionẽ fecit:ut docet.ſ.tho.in opus contra auerroiſtas in principio.Nam ipſe ariſto. in.2.phy.excuſat ſe q̧ ibi de ſeparatione anime a corpore non pertractet:ſed ſe ad locum alium:ideſt metaphiſicam reſeruet:dicens Quomodo ſeparabilis hec: ſcilicet anima ſe habeat: aut quid ſit philoſophie prime eſt determinare. Itẽ in tertio de anima mouet queſtionem utrum intellectus noſter non ſeparatus a magnitudine:ideſt q̃diu anima cuius eſt potẽtia eſt in corpore:poſſit intelligere ſubſtantias ſeparatas:in quo innuit q̧ aliquid poſſit intelligere ſeparatus quod non cõiunctus. Itẽ in.12.me.tex.com.17. poſtq̃ oſtenderat formas nõ precedere ſua ſuſceptiua ſiue ſuas materias: conſequenter inquirit utrum earum aliqua maneat poſt materiã: & ſic dicit apud intellectum boetii, Si autem aliquid: ideſt aliqua forma poſterius remanet. ſ.poſt materiã:conſiderandũ eſt:in quibuſdam enĩ nihil prohibet:ut ſi anima huiuſmodi eſt: nõ omnis ſed intellectus. Omnẽ enĩ impoſſibile eſt fortaſſe hec ari. Vbi li ſi primo loco ponitur aſſertiue pro quia :uel ſaltem dubitatiue pro utrum. Alioquin de hoc nõ ſe tractaturum aſtruxiſſet:nec hoc iõ quia ipſe in ſe de ſeparabilitate intellectus dubitaret:ſed quia in libris metaphiſicalibus ad quos ſpectat determinare de ſubſtantiis ſepararis hoc nundum probarat:uelut ibi dicit diuus tho.qr non erat illius ſpeculationis:gratia cuius ponitur ẽt li fortaſſe.Et ꝓfitetur diuus tho.ubi ſupra ari.hmõi queſtiones ſoluiſſe certiſſime:in libriſquos patet eũ ſcripſiſſe ex his q̃ dicit i principio.12.me. quos libros dicit ſe uidiſſe licet nec dũ in noſtrũ idioma cõuerſos. Patet ergo q̧ ſeparatio aĩe a corpore apud ari.nõ eſt ſomniũ.¶ Quartũ. Sctũs tho.hoc loco intellectũ paſſiuũ nõ dicit cogitatiuã ſolũ ſed totã partem ſenſitiuã ut obedit rationi:quã ari.ipẽ in.1.eth.uel

intellectū uel rōnem:participatiue nominat. Et ipſe auerrois infi deliū ſtudentiū xpianoꝝ deus:in ariſtotele inuenit id qd'iſti expo ſitores & xpiani & religioſi i fauorē fidei nō inuenerūt. Ná ſ.tho. 2.cōtra gen.ca.54.in principio iponit auerroi:ꝙ apud eū de mēte ari.hō a brutis ſpē differt.p intellectū paſſiuū qui eſt ipſa uis cogi tatiua:& clare patet hoc in.3.de aīa cō.20.i duobus aut trib⁹ locis. ¶ Quintū.Dicit aūt textus nō reminiſcimur: qr oīs operatio aīe hoīs quoqꝫ opatio cōſueuit dici:cū aīa aliquid hoīs ſit:ipſe etiam homo aīa ſeparata eſt:hō nō eſſentialiter quidē uerū per principa litatē:quippe unū quodqꝫ illud eē dr̄:qd' eſt in eo principale:apud ari.in libro eth̄. Et li qr deſeruit in ꝓpoſito :ut inducta diui tho. expoſitio docet.Et li paſſiuus de cogitatiua dr̄:ut patuit:licet for te iſti nō uiderint quibus in hoc parcendū eſt:qr in iuuentute ſcri pſerunt qn̄ nō poterant oīa uidiſſe:potuiſſent tn̄ eſſe ad alios reue rentiores.Ad cetera uero q̄ uidenda dicūt:patet ex dictis. ¶ Ter tius textus eſt in primo de aīa in ꝓlo.& ē tex.cō.13.qui iā ex parte citatus eſt:& nihilominus hic repetit̄:pro intellectu ſubitiendi cō textus:& ſic habet.Si quidē igitur eſt aliquid aīe operū aut paſſio num ꝓpriū cōtingit utiqꝫ ipſam ſeparari:ſi uero nullū eſt propriū ipſius:nō utiqꝫ erit ſeparabilis:ſed ſicut recto inq̄tū rectum multa accidūt:ut tangere eneā ſperam ſm punctū:nō tn̄ tanget ab hoc ſe paratum rectum:inſeparabile.n.ſi quidē ſemp cum quodā corpo re eſt.Hec ibi ubi.ſ.tho.elucidans illa uerba:ſed ſicut recto: ſic di cit. Si uero nō eſſet aliqua propria operatio ſeu paſſio anime :ip ſam animam a corpore ſeparari nō contingent:ſed erit de anima ſi cut de recto.Licet enim multa accidant recto inq̄tum rectū: ſcili cet tāgere eneā ſperam ſm punctum:non tn̄ accidit ei niſi in ma teria:non em̄ tangit rectū eneā ſperam niſi in materia. Sic erit de aīa ſi non habet propriā operationem : ꝙ licet ei multa accidant: nō tn̄ accidunt ei niſi in materia.hec diuus tho. Cōtextus aūt eſt in.2.de anima tex.cō.xi.ubi ſic hr̄. Quod quidē igitur nō ſit ani ma ſeparabilis a corpore.aut partes quedā ipſius ſi partibilis apta nata eſt:nō immanifeſtū eſt:quarūdam enim partium actus eſt ip ſarum:at uero ſm quaſdam nihil prohibet propter id quod nul lius corporis ſunt actus.hec ibi.Hunc autem contextum exponē tes prediti expoſitores :dicunt ꝙ ſeparabilitas hic ſumitur pro ea

ſeparabilitate que eſt ſm eſſe :ita q eſſe unius ſit ſeparabile ab eſſe alterius:& unum in alio ſecundum rem non recipiatur:nec ambo in.3. Nec referre utrū littera legatur de actuali ſeparatione:ut tranſ latio arabica habet:aut de potentiali:ut noſtra ſonat quia utraq ſeparatio bene infertur ex nō eſſe actum alicuius corporis:hec iſti in forma. Qui licet poſſint intelligi ut loquantur exponendo textum ex perſona diui tho. & diui alberti:tñ ex hoc habetur primo q ſi ipſi aliter ſentiant:aut ſm ſuam expoſitionē ſentire deberent in ſue doctrine ruinā habent hec duo magna luminaria cōtraria: & ulterius dico.2.q neceſſe eſt ita eſſe:ut dicunt hic:quia ſi qd' accidens eſt aie corpore nō ſubſtentatū:nec ab illo ineſſe dependēs: illud a ſubſiſtente ſpū ſubſtentur oportet:&conſequenter ſubſiſtit anima & immortalis eſt:& rurſus oportet q ſi nō dependet a corpore ſm eſſe:q nec ſm operari:niſi forte in rōne obiecti:quod nō arguit principium operandi non cōe inſeparabile ut pbabitur & iſti met cōcedunt:& ſm catholicā fidē concedere oportet:licet iſti de mēte ariſ. faciant queſtionē:qui oppoſitū non dixit aſſertiue & ſi diſputatiue. Imo ſi ſenſit ariſtoteles ut iſti aſtruūt:ſuā uocē ignoret oportet: qui animā ponit mortalē ut iſti dicunt & cū hoc habere partes que nullius corporis actus ſint:& conſequēter ſine organo operentur. Et hec de cōtextu. ¶ Quantū uero ad textū illud in primis aduertendū eſt:q iſtimet exponendo textū com.3. in.3. de anima.ſ.neceſſe eſt inqtum oia intelligit immixtū eſſe:ſicut dicit anaxa. ut imperet:hoc aūt eſt ut cognoſcat:intus apparens enī prohiberet extraneum & obſtruet:multa dicunt. ¶ Primū. Cū dupliciter aliqua forma dici poſſit & eſſe corporea uel ſenſibilis:primo ut in ſe quiditatiue ſit talis:ut forma ignis.2. ut etiam ſi in ſe non ſit talis. ſit tamen ex ſua natura perfectio rei ſenſibilis ſeu corporee:cum ariſtote. oſtendiſſet intellectum non habere in ſua quiditate admixtionem rei corporee:nunc oſtendit q non habet eiuſdem admixtionem in ſua actuatione:ita q nec in ſe eſt aliqua de hiis naturis:nec eſt perfectio alicuius huiuſmodi nature:& ad probandum utrunq inquiūt, medium eſt:quia intellectus eſſet determinate nature, aut determinate nature perfectio, que aliorum cognitionem prepediret:& probat eadem ratione oportere itellectū eſſe ſeparatū a parte corporis, & a corpore toto. Scd'm. Quia uero

eis uidebatur, q̧ iſta eorum poſitionem euerterent, excogitarunt quõ ſuſtinere poſſent apud Ariſtotelem intellectũ & ſeparabilẽ a corpore & mortalẽ eſſe:& ſic dicunt. Tripliciter aliqua res dicitur naturalis, ſiue phyſica quiditatiue, perfectiue, & exiſtẽter. Et ſimiliter tripliciter negatur eſſe phyſica; quiditatiue, perfectiue, & exiſtẽter. Verbi gratia. Spera non eſt ens phyſicum quiditatiue, cũ nõ includat ex ſua quiditate materiã ſenſibilẽ: nec perfectiue: quia non eſt de ratione ſphere q̧ perficiat materiã ſenſibilẽ: ſeu ſit pfectio eius: ſicut eſt de ratione anime q̧ ſit perfectio corporis ſenſibilis: & tñ non dicimus ſpherã non eſſe ens phyſicũ exiſtenter: quia in rerũ natura inueniri nequit niſi in materia ſenſibili. Ita rẽ aliquã eſſe ĩmixtam corpori; tripliciter contingit. ſ. quiditatiue, perfectiue, & exiſtẽter. Et ita poteſt dici de intellectu: ſicut inſinuauit Ariſto. in ꝓemio, q̧ eſt ſeparatus a corpore, ſicut ſphera a natura phyſica: & quẽadmodũ nõ repugnat q̧ ſphe ra neq̧ eſt natura phyſica, neq̧ perfectio nature phyſice: & tamẽ exiſtit ſolũ in phyſicis & phyce: ita poteſt eſſe q̧ intellectus neq̧ eſt in ſe aliqua natura corporea: neq̧ ẽ pfectio alicuius nature corporee: & tñ nõ exiſtit niſi in corpore & corporaliter. Vtrũ aũt ratio Ariſto. probans illũ ĩmixtum quiditatiue, & perfectiue. probet eũ immixtũ exiſtẽter: dicũt uideri q̧ ſic: quia eq̧ impeditur omniũ cognitio, ſi intellectus ſit igneus. quiditatiue ſiue realiter: ut patet in guſtu amaricato: & dicunt non poſſe reſponderi niſi dicendo q̧ intellectus impeditur de facto & per accidens in ſingulis hominibus a cognitione omnium. ſicut ſpera de facto non eſt niſi ignea & terrea: q̃uis formaliter & perfectiue ſit neutra: & ſic erit de anima ſicut de ſpera cui attribuitur tãgere rectum in puncto: & tamen nulla ſpera inuenitur tangere rectum in puncto: quia non inuenitur niſi ignea &c. Hec ex illis. Qui deinde reſpondẽtes ad argumentum a ſe contra ſe per iſtam ariſtotelis auctoritatem factũ: q̧ alique partes anime ſint ſeparabiles: reſpondent per dictam doctrinam: de quiditatiue perfectiue & exiſtenter traditam: dicentes q̧ in omnibus que docuit ariſtoteles de ſeparatione intellectus poſſibilis: intendit de ſeparatione formali: quia ut ipſemet docuit non ducunt ad animam magis ſeparatam q̃ rectum. ſi ad opus proprium non uenitur. hec iſti.

¶ Ego autem dico de duobus alterum neceſſario dicendum:

aut ꝙ textus ariſtotelis iſtorũ expoſitionem non patitur :aut ꝙ ariſtotelem oportet concedere falſa & inopinabilia. Primo enim ſm iſtũ modũ dicẽdi:oportebit philoſophie ſpeculatiue realis eẽ genera quattuor:quippe preter phiſicam mathematicam & diuinam: oportebit de intellectu poſſibili dare aliam: quia ſm iſtos abſtrahit a materia ſenſibili quemadmodum & mathematica & non ab intelligibili:cũ ſit in corpore ſine quo nõ intelligitur:ſicut nec accidens aliquod ſine ſubiecto.2. Nam oportebit dicere accidens corporale ſm ſuam propriam quiditatem nõ perficere ſuum proprium ſuſceptiuum. quod eſt corpus ſenſibile cui dat eſſe aliquod puta eſſe intellectiuum uel aliud:& ita nõ erit de ratione ꝓprii actus eſſe in propria potentia.Et ſi dicatur ꝙ intellectus perficit id quod eſt corpus ſenſibile:ſed non inq̃tum eſt ſenſibile:ſequitur ꝙ calor nõ erit accidens uel ens phiſicum :quippe qui nõ perficit ſubſtantiam ſenſibilem ut ſic:cum in ſubiecto ſuo nullam preſupponat ſenſibilem qualitatem. ſed inſit ei mediante q̃titate:non enim ante calorem ineſt igni alia qualitas ſenſibilis.3. quia fateri oportebit ꝙ uirtus corporea & indiuidua ſuſcipiat formas uniuerſales & immateriales.4.quia ſequitur ꝙ intellectus poſſibilis ĩ uniuerſali operetur ſiue intelligat:quia poſſibilis intellectus poteſt intelligere omnia:& nullus talis intellectus in particulari poteſt ĩtelligere omnia.5.dicere oportebit ꝙ ſubſtantia intellectualis & cui inſit naturalis appetitus perpetuitatis ſit expers & ſuo naturali deſiderio fruſtretur.Et infinita alia abſurda ſequuntur ex iſta expoſitione& poſitione:& conſequenter non eſt rationabilis.Que autẽ dicit opinio iſta de eo ꝙ eſt tripliciter ens eſſe phiſicum eſt chimera diaboli pro ueritate euertenda:& dico omne ens mundi realiter eſſe diuinum aut phiſicum.i.ſpirituale aut corporale: mathematica autem ſunt phiſica .i.accidentia corpoꝝ naturaliũ licet ꝑ intellectum conſiderari poſſint non naturaliter :dico etiam omne ens non metaphiſicum eſſe naturale quiditatiue ad hunc ſenſum ꝙ includit in aliqua ſua diffinitione materiam ſenſibilem intrinſece uel per aditamentum :cum ſit corpus uel accidens corporis. Dico ulterius ꝙ ſpera naturalis eſt ens phiſicum:licet poſſit conſiderari metaphiſice:& omne quod exiſtenter eſt ens phiſicum: eſt etiam quiditatiue:quia licet in aliqua ſui diffinitione non includat explicite

dat explicite materiam ſenſibilem ſeu phiſicā accidens:in aliqua tamen alia includit:unde nec ipſa q̄titas ſine ſubſtantia diffinitur. ¶ Quantum ad tertium autem contra dictam poſitionem cōcluſionem oppoſitā poſiturus:aliquas alias preparatorias prelibabo. Sit ergo hec prima. Tam intellectus poſſibilis q̄ agens :apud ariſtotelē eſt pars.i.potentia aīe rationalis. Nā de poſſibili ēt p iſtos patet:& pars tho.abundanter contra auerroiſtas probatur de agē te aūt probatū eſt ſupra p.ſ.tho.& probo tripliciter. ¶ Primo. Nā ari.in.2.de aīa tex.com.xi.dicit ꝙ aīam ſeparari ſm partes quaſdā nihil prohibet:propter id quod nullius corporis ſunt actus. Aut ergo iſte partes que non ſunt ſubiectiue in corpore: ſunt intellectus agens & poſſibilis:aut poſſibilis & uoluntas: aut uoluntas & intellectus agens a ſufficienti diuiſione:cū alie potentie nō ſint quibus ſeparatio conuenire aut credatur aut poſſit:apud quoſcūq; expoſitores. Nō aūt poſſunt iſti reſpondere. Tertiū quippe q intellectum poſſibilem apud ariſt.actum corporis credunt:& a fortiori uoluntatē:que & imperfectior & poſterior ſit oportet. Nec ſm eadem rōne. Ergo primū dicant oportet: cōſequenter autem apud ari.uterq; intellectus potētia aīe eſt. ¶ Scd'o probaſ idem. Nam ariſto.ratio inducta ꝙ in omni natura oportet eſſe agēs & patiens hoc probat:quia licet propriū agens in natura acta & mota poſſit eſſe extrinſecū:in natura tamen libera quod intra ſit oportet:quippe nihil ab alio motum ut ſic:actui ſuo dominaſ:unde diuus tho. ſuo diuinitus rectus ingenio:ſic ari. rationem deduxit: ¶ Tertio. Nā diuus tho.2.con.gen.ca.78.hoc multis rationibus probat:quibus iſti ſui diſcipuli anteq̄ eum poſtergarent debuiſſent reſpōdere. ſupra uideatur. ¶ Secunda uterq; intellectus tam agens q̄ poſſibilis immortalis eſt & incorruptibilis apud ariſtot. Nam de agēte per iſtos poſitores pateat:de poſſibili autem multipliciter pbatur. Primo. Nam omnis res corruptibilis apud ariſtot.aut corpus eſt:aut uirtus in corpore:ſubſtantie enim ſpirituales aut earum accidentia apud ipſum alterationi minime ſubduntur: quippe que ſolum ſit apud contraria. Apud ipſum autem intellectus poſſibilis neq; corpus eſt nec uirtus in corpore:quippe qui nō miſcetur corpori ut dicitur in .3.de anima tex.com.4.Ergo apud Ariſtotelem immortalis eſt & conſequenter anima rationalis. Dicunt hi poſi-

totes ꝙ non miſcetur corpori quiditatiue aut perfectiue,ſed exiſtē
ter tm̄ quod nō arguit ĩmortalitaē.Sed cōtra hoc:q̄r omne acci-
dens corporeū in ſua quiditate includit corpus:cū per additamen
tum diffiniatur:& cōſequenter materiā ſenſibilem ſaltem in cōi.
Preterea iam probatū eſt:ꝙ ad iſtam doctrinā multa abſurda ſequū
tur .Et preterea ſi intellectus poſſibilis eſt in corpore:eſt i eo ut for
ma ſubſtantialis uel accidentalis:& ſic dat ei aliquod eſſe :& cōſe-
quenter perficiat oportet:& cōſequenter eſt in eo perfectiue & ue-
raciter perficit corpus ſenſibile.Et ſi dicatur qđ corpori aſſiſtit , iā
ſubſiſtit:contra iſtos. Et ſi dicatur ꝙ illud quidē perficit :ſed hoc
ex quiditate ſua minime habet:hoc utiq; nihil eſt:quia forte nullū
accidens habet ꝙ ex ſua quiditate perficiat corpus ſenſibile ut ſic:
quicquid tamen ſit de aliis:hoc nulla ex primis qualitatibus ſenſi-
bilibus habet:ſed facit aliquod corpus eſſe ſenſibile ut ſic:unde in
tellectus a corpore non erit caliditate aut ſenſu ſeparatior. ¶ Et
preterea ſi intellectus eſt in corpore exiſtenter:aut ergo in toto aut
in parte:non in toto quidem:quippe ad cuiuſq; partis leſionem:
eius prepediretur operatio:nec ſecundū:quia idem eſſet iudicium
de eo & ſenſu qui & ipſe ſenſibile corpus quiditatiue non perficit:
conſequenter autē intellectus non niſi indiuidualiter reciperet.Et
preterea ſi eſt in corpore exiſtenter:cum ſit ibi realiter :ſiue prece-
dant eum qualitates ſenſibiles ſiue ſequantur:& q̄tus & extenſus:
& diuiſibilis eſſet:conſequenter autē & calidus aut frigidus per ſe
uel per accidens:&:eiuſmodi:ſicut & ſenſus contra ariſto.2.de aīa.
¶ Scđo probatur idem.Quicquid apud ari.eſt corruptibile:etiam
eſt alterabile:quia corruptio non niſi per contrarietatem ſm̄ quā
alteratio inducitur.Sed intellectus poſſibilis apud ari.eſt inaltera-
bilis:quia & impaſſibilis:patet in.3.de anima tex.com.3.quod de
paſſione corruptiua ĩtelligitur oportet:que abicit a ſubiecto:ut pa
tet etiam per iſtos expoſitores:unde neq; ab excellenti intelligibi-
li patitur:niſi per accidens ratione corporis:ut libro eodem patet.
Eſt ergo incorruptibilis & cōſequenter etiam anima rationalis.
¶ Tertio.Quicquid apud ari.eſt corruptibile etiam debilitabile ſit
oportet ſicut & alterabile.Intellectus aūt poſſibilis apud ari. non
eſt debilitabilis:ſicut nec nr̄ uiſus & a fortiori niſi gr̄a organi: q̄r
apud eū ſi ſenex accipiat oculū iuuenis utiq; uidebit ut iuuenis ut

dī in.1.de aīa. Igitur idē q̄ prius ſequaſ oportet. ¶ Quarto quicquid a corpore ē ſeparabile:ita q̄ eſt quidē:& tñ non eſt corporis actus:eſt imortale apud ari.quippe quod ſine corpore exiſtit inalterabile eſt:qr & immobile ex.6.phy. Intellectus aūt poſſibilis eiuſmodi eſt:qñquidem alique aīe rationalis partes ſunt ſeparabiles. 2.de aīa tex com.xi.& iſte eſſe nequeunt niſi intellectus agens & poſſibilis:ut in prima cōcluſione probatū eſt.Ergo idem. ¶ Quinto.Si apud ariſto.intellectus poſſibilis eſt mortalis,aut corpus aut aliquid corporeū ſit oportet:ut patuit.Neutrum uero apud eū eſt: quippe qui putat eum ſuper actum ſuū flecti ut in.3. de anima patet:q̄ nulla corporea uirt⁹ facere pōt:ut auice.docuit & experimur Ergo idē. ¶ Sexto.Si intellectus poſſibilis apud ari.eſt in corpore exiſtenter ut ſpera accidens corporeum ſit oportet:habēs determinatam naturam corpoream:cum nihil in genere ſit uel in mundo quod in aliqua ſpecialiſſima ſpecie eſſe non oporteat:Hoc autem falſum eſſe liquet:quia omnia nequaq̄ intelligeret:ut ipſemet dicit in.3.de anima. Ergo idem. Sed dicitur q̄ eſt cognoſcitiuus omnium de ſe formaliter:q̄uis per accidens impediatur reſpectu ſingulorum hoīm.Sed contra hoc:tum quia ſequitur q̄ in uniuerſali poſſit intelligere(& loquor ex parte ītelligentis & nō obiecti) cum omnia poſſit intelligere:& non ut eſt in ſingularibus: quod eſt abſonum:quia actus ſunt ſuppoſitorum:tum quia natura ī ſuis operibus nō impeditur niſi raro:& per accidens:& huiuſmodi nō eſt in omnibus ſed in paucioribus ſolū. ¶ Septimo. Nā ipſe ariſt. 1.de aīa tex.83.loquens de eo intellectu quo intelligimus dici.Rationabiliſſimū eſt:hunc eē nobiliſſimū & diuinū ſm naturā. Et in 2.eiuſdē tex.com.21.dicit. Intellectus & pſpectiua potētia uidetur genus alterum aīe eſſe.& hoc ſolum contingere ſeparari:ſicut ppetuum a corruptibili:relique aūt partes aīe manifeſtū ex hiis q̄ nō ſeparabiles ſunt. Intellectum ergo qui eſt pars anime ariſto. dicit perpetuū:quod ſm iſtos expoſitores de agente non pōt intelligi: quē apud ari.ponunt ſubſtantiā ſeparatam,Circa iſtum aūt textū qui contra eos euidenter concludit:ſicco pede tranſeunt. ¶ Tertia Cōcluſio. Aīa rationalis apud ariſto.eſt immortalis. Probatur.1. Nam omne ſubiectum perpetuorum & īmortaliū accidentium: apud omnes philoſophos ppetuum & immortale eſt. Apud ariſt. aūt rationalis aīa perpetuorū & immortaliū accidētiū ſubiectū eſt

ideſt itellectus agentis & poſſibilis:qui partes ſeu potētie uel acci dentia anime ſunt:ut patet per cōcluſionem primā: & immortales: ut patet per ſcd'am. Ergo apud ariſto.aīa rationalis īmortalis eſt.2. Nā apud ariſto.ut patet.1.de aīa tex.cō.13.ſi anima habet operationē propriā(ītellige actu uel habilitate ſeu aptitudine)eſt ſeparabilis a corpore:& conſequēter īmortalis actu uel aptitudine nō eñ eſt ſeparata a corpore uel apta ſeparari:niſi & eſſe apta nata ſit: unde ſi abſq; corpore operari pōt:abſq; corpore eſſe poſſit neceſſe eſt. Ipſa autē anima apud ariſt.propriū opus habet utiq; actu uel aptitudine in quo corpus partē & cōmunionem habere nō poſſit: quippe apud ipſum habet uirtutē &poteſtatem propriā in qua potentia ſeparabilis eſt:inquit ipſe.2.de aīa tex.cō.21.& intellect⁹ imixtus eſt corpori ſupple actu.3. de aīa tex.com.4 .& ſi ꝓpriā habet potētiā aīa propriā habeat operationē neceſſe eſt:qr cuius eſt potentia:eius eſt &operatio:ut in libro de ſom.&uigilia ipſemet ari. aſtruxit.Ergo apud ariſtote.īmortalis ſit noſter animus oportet.

¶ Tertio.Nā omnis ſubſtantia operationē ſine corpore habere nata immortalis eſt apud omnes:nullo reclamante & ratione liquet. qppe quod ſine corpore operari poteſt & ſi alterabile ē & ſine corpore eſſe poſſit oportet:alioquin poſſibiliter operaretur quidem: nec tñ eſſet:liquet etiam idē ꝑ eam conditionalē quā ſupra ex prologo primi de aīa ex ariſto.deduximus:ſi aīa inquit habet operationem propriā cōtinget eā ſeparari:que conditionalis utiq; uera non eſſet:niſi omne tale eſſet immortale quippe ſemper conditionalis uera neceſſaria cū ſit uniuerſalē cathegoricā īcludat oportet: Anima aūt humana apud ariſto.operationem habet ſine corpore ut in.15.de animali.ca.3.clare patet ubi ſic:mēs ſola inquit extrinſecus accedit:eaq; ſola diuina eſt:nihil enī cū eius actiōe cōicat actio corporalis. Igitur apud eum aīa rationalis immortalis ſit oportet

¶ Quarto.Nā ipſe idem in primo de aia tex.com.21.intellectus inquit.i.aīa intellectiua:& ꝑſpectiua potentia.i.intellectus noſter:uidetur genus alterum aīe eſſe:alterum inq̄ ſubaudi a uegetatiua & ſenſitiua:& hoc ſolum inquit contingere ſeparari:ſicut perpetuum a corruptibili. Itē idem in.12.me.tex.cō.17.Mouētes quidē igitur inquit cauſe:uel prius facto exiſtentes:q̄ aūt ut ratio ſimul: quādo enim ſanatur hō tunc eſt ſanitas & figura eree ſpere ſimul & erea

ſpera. Si aũt poſterius aliquid maneat perſcrutandum eſt. In quibuſdam enim nihil prohibet:ut ſi eſt anima talis:nõ omnis:ſed intellectus:omnem namq̧ impoſſibile forſan. Vbi patet ꝙ cauſe mouentes ſm eum. i.efficientes ſunt effectibus priores:non autẽ forme: ſed ſunt ſimul:ut aĩa cum homine:utrum uero poſt effectum remaneat aliqua forma:dicit abſolute ꝙ aliq̃ manere poſſunt: ſed non forſitan omnes: & dicit forſitan:quia hoc determinandi non erat ibi locus:ut docuit diuus tho. dicit uero ꝙ alique poſſunt manere:ut ſi eſt anima talis:non omnis:ſed intellectus:ubi li ſi ſtat ꝓ quia q̃uis ſicut & de li forſitã dici poſſit. Nec prodeſt ſi dicatur ꝙ omnia ibi ponuntur ſub illa conditione ſi:quippe liquet ꝙ añ illã conditionem abſolute dixit:nihil prohibere:aliquã formam eẽ talem:& quod ſubditur :ut ſi ea ratiõe dicit que tacta eſt. Et ſic illum textum non. ſ. tho. modo uerum & com. intellexit(q̃uis in intellectus natura fallatur)& omnes pene expoſitores. Et hec de tertio.

¶ Quantum ad quartum preter ea que ſupra ſparſim ſoluta ſunt: unicum principale motiuũ predictorum reperi tale. Si intelligere eſt fantaſia aut non ſine fantaſia:non erit hoc ſine corpore :ut inquit ari. I. de anima. Intelligere aũt non eſt ſine fantaſmate ut patet in. 3. de anima tex. com. 30. & .39. Nõ eſt ergo ĩtelligere ſine corpore conſequenter aũt nec anima. So. Ad horum ĩtellectum illud in primis notandũ ſit:ꝙ aſſumpta conditionalis licet ſit argumẽtatiue prolata ab ari. ut dictum eſt:uera tamẽ eſt ſi pariformiter & unomodo intelligatur antecedens & cõſequens. i. utrũq̧ actu: uel utrumq̧ aptitudine:ut ſit ſenſus. Si intelligere eſt fantaſia uel non eſt ſine fantaſia in actu:non eſt ſine corpore in actu ſiue non eſt ſeparatum a corpore in actu:ſi uero eſt fantaſia uel non ſine fantaſia in aptitudine:non eſt ſine corpore in aptitudine ſiue non eſt ſeparabilis a corpore. Dico aũt ꝙ eſt ſine fantaſia aptitudine:licet non actu in uita iſta mortali:&ideo eſt a corpore ſeparabilis licet non hac uita durante. Vnde in aptitudine loquendo negatur minor:ſiue poſitio antecedentis. Igitur ex preciſa organi excluſione nõ infertur ſeparabilitas in actu:ſecus uero in aptitudine:quia operationi que ſine organo eſt non repugnat eſſe ſine fantaſmate cum eliciatur a ſubſtantia ſpirituali per ſe ſubſiſtente:nec dependẽte a corpore:& que conſequenter eſſe poteſt extra corpus & habet poten

tiam propriã corpori non cõem qu .ſ.omnino eſſe põt ſine corpore:& conſequẽter operationẽ ſimiliter propriã:quippe cuius eſt potentia eius quoq; ſit operatio oportet:ut dictũ eſt.Eſt aũt ueriſſime iſta mens ariſto.ut patet in.2.de aĩa tex. cõ.xi.ubi ut patuit ſic dicit. Quod quidem igitur non ſit anima ſeparabilis a corpore, aut partes quedam ipſius,ſi partibilis apta nata eſt,non manifeſtũ eſt: quarundam enim partium(.ſ.corporis)actus eſt ipſarum.At uero ſm quaſdam nihil prohibet propter id q nullius corporis ſunt actus.hec ibi.Ex quibus liquet q ſunt alique partes.i.alique potentie anime,que non ſunt actus alicuius partis corporis,que ſunt ſeparabiles,ut intellectus uterq;ut dictum eſt etiam ſi pro iſto tempore nõ operentur ſine corporali obiecto.Depẽdere enim in operando a corpore ut ab obiecto:nõ tollit ſubſiſtentiã operantis.nã ſubſiſtunt bruta que nec uiſionẽ nec quãcumq; operationẽ habẽt inextrinſeca a corpore ut obiecto:inde pendentẽ.Ex hiis aũt diſſonantia quedam inter uiros illuſtres aufertur.Operari.n.ſine corpore ut obiecto:ſine contradictiõe infert operari ſine corpore ut organo:econuerſo aũt operari ſine organo corporeo:apud aliquos non infert operari ſine corporeo obiecto:& uerũ eſt ſine tali obiecto in actu pro uita iſta:apud alios aũt operari ſine organo infert operari ſine obiecto corporeo:&uerũ eſt in aptitudine:quippe qd' operatur ſine organo licet nõ ſine obiecto corporeo:ſine organo ſit oportet:cũ operari preſupponat eſſe:quod autẽ ſine organo ẽ a corpore non dependeat ineſſe oportet:conſequenter autem intereunte corpore ſtabit:& tñ tunc non erit ocioſum ſicut nec ſubſtãtia queuis operabit' ergo ſine obiecto corporeo ſeu ſine fantaſia. Hanc tñ diſonantiam alii aliter tollunt.Ad argumentũ ergo dico primo q illam conditionalem ari.arguendo & inquirendo 'inducit.dico.2.q in ſenſu aliquo uera eſt:quia ſi intelligere nõ eſt ſine fantaſia in actu:non eſt ſine corpore in actu:& in aptitudine ſi in aptitudine:ſed ex non eſſe ſine fantaſia in actu:nõ infertur non eẽ ſine corpore in aptitudine:actio enim que a fantaſia pẽdet ſolum ut obiecto ſine organo elicita:eſt potentie q̃ corpori nõ initatur: conſequenter autem pereunte corpore non peribit:uerum potius in ſuo ſubiecto ĩcorruptibili manebit,& tũc poterit eẽ ſine fantaſmate ente.Arguitur etiã .2.ſic.Nã dictum eſt q in propoſito pro-

prium & cõe *triplicter* dicitur:organice obiectiue & partialiter. Si ergo proprium & cõe Primomodo capitur. ſecunda conditionalis non eſt neceſſ ria. conſequenter autem erit falſa. ſ. ſi eſt aliqd anime operum aut paſſionũ propriũ: continget ipſam ſeparari quia ſtat corpus ad illã operationẽ concurrere modo. Tertio ſtat enim ꝙ aïa excludat quãcunqꝫ partem corporis ab alicuius operationis cõione: & tñ ſit ratio operandi toti cõpoſito/primo: & ſic operatio & non erit ꝑ organum & erit cõis. Nõ ergo exoperari ſine organo: bene infertur ſeparabilitas. So. Iam patet ex dictis: quia ille tertius modus concurrendi non eſt dabilis: & ſi daretur eſſet illa operatio cõis: primo modo ideſt organice ꝗtum ad illud quod operationem modo primo cõem facit: quod eſt ratio corporis nõ ratio partis aut totius: ut ſupra dictũ eſt. Multa alia argumẽta fiũt ab aliquibus que omnia ꝑ predicta ſoluuntur. Ad perrettũ reſpõdi minime: quia de his ante eum ſcripſeram: nunc uero reſpõdere non oportet: quia per fratrẽ Ieronimum fornariũ bachalarium: & per fratrem bartolomeũ ꝑi anum: fundamenta eius ſ ueſa ſunt. Et hec de tota iſta queſti one.

¶ Aliquas eſſe ſubſtantias intellectuales: humana anima preſtantiores. Capitulum Sextum.

PRincipiũ aũt aliud rurſus nr̃e conſiderationis ex eo uel maxime lubet aſſumere: ut ex uere phĩe pricipiis cõtra fideles infideles xp̃ianos: qui xp̃i fidẽ minime ea reuerẽtia qua decet cõplectuntur: expeditionẽ paremus: ut q̃ in diuinis lr̃is & legũt & decredunt: aut uix credũt: ex uera phĩa docti credãt: & id uel in primis eẽ aliquas ſubſtãtias q̃ intelleſtu uigeãt aĩa hũana ꝑ̃ſtantiores. Nec. n. de itellectuali creatura ex ꝑticipatione loquimur: cuiuſmodi eſt hõ: intellectu pollẽs ſm partẽ. i. aĩam: ſed de ea q̃ eſt intellectualis cõplete quaſi quedã ꝑfecta & cõpleta natura ſubſiſtẽs. Qđ equidẽ multis pũctis efficiemus illo uel maxime ſuppoſito ꝙ deus ſit: & ꝙ rerũ cã uolũtaria ſit: qđ & theologi ac phĩ ꝓbant: & nulꝰ niſi iſanꝰ decredit. Quis. n. exiguo uolumine omnia probarit. Suppoſita ergo ſint hec. ¶ Punctũ primũ. Quia nr̃a cognitio oĩs a ſenſu icipit: q corporaliũ ẽ & corporalia nouit: hoĩes phĩ a pricipio de ueritate rerũ nãliũ cõquirẽtes: ſolã naturã corporeã capere potuerũt: adeo

ut nihil niſi corpora eſſe exiſtimarent:ēt aīam ipſam noſtram cō tra ea que monſtrauimus corpus eſſe dicētes: quos etiam ſequuti uidentur heretici manichei:deum lucem quādam eſſe corpoream īfinitis ſpaciis diſtātē rati: ſic quoq; ātropomorphite heretici:deū lineamentis humani corporis figurarunt: nihil ultra corpora eſſe putantes. Sed poſteriores philoſophi ad incorporee ſubſtantie noticiam deuenere & horū primus anaxagoras:qui a principio aſtruens oīa corpora fuiſſe cōmixta coactus eſt ſupra corpora aliquid immixtū & incorporeum aſtruere :quod corporalia cuncta mouēdo ab inuicē ea diſtingueret. illud uocans intellectum mouentem & diſtinguentē oīa quem religio & pietas chriſtiana deum uocat Plato uero ad eiuſmodi ſubſtantias incorporeas aſtruendas atq; mōſtrandas. alia uia proceſſit q.ſ.exiſtimarit neceſſe fore ut ante omne participans ipſo eſſe:aliquid eēt abſtractius participatū:cōſequenter uero cū omnia corpora ſenſibilia ea participent q̄ de ipſis predicantur naturas.ſ.generū ac ſpecierum:& aliorum que de ipſis uniuerſaliter dicuntur:ſicut ſocrates participat naturam hois (neq; em̄ in ſocrate eſt oīs humanitas ſed pars una humanitatis) equus iſte naturā equi:&hic ceruus naturam cerui:etiam oium huiuſmodi rerum naturas ſiue ſpecies poſuit plato a ſenſibilibus abſtractas ſubſiſtere:& has ſubſtantias ſeparatas noiabat. Ariſto. uero ad idē ſubſtantias.ſ.incorporeas aſtruendas proceſſit ex motus celeſtis ppetuitate. Oportet.n.celeſtis motus (ſicut & actionū omnium ac motionū) aliquē finem eſſe:qui equidem finis ſi non ſemper mō uno ſe habeat:ſed uel per ſe uel per accidens moueatur illū celeſtē motum nō ſemper uniformiter ſe habere neceſſe eſt: nā etiam id uidemus q motus naturalis grauiū & leuium intenditur cū fini.i. loco proprio uicinatur:aliter.ſ.ſe habente fine motus q̄ prius: propter maiorem uel minorem propinquitatē ad mobile quod mouetur. In motibus autem celeſtiū corporū uniformitatē ſemp obſeruari perſpicuum eſt:(unde & aſtronomi p millia annorum ante enunciare poſſunt futuras ecclypſes)ex qua etiam ppetuitatē huius motus ari.argumentatus eſt. Oportebat igitur eum aſtruere finem huiuſmodi motus nec per ſe nec per accidens moueri poſſe: conſeqnenter autem illum non eſſe corpus:qd' ſemp eſt mobile. Igitur ei neceſſarium fuit aſtruere ſubſtantiam aliquam omnino

a corpore ſeparatã:q̃ reſpectu celeſtis mot⁹ finis eſſet:& gr̃a cuius.

¶ Punctum ſecundũ. Tres aũt iam dicte poſitiões in hoc diſſidere uidentur:ꝙ anaxagoram quidem ſm principia ab eo ſuppoſita unicam immaterialem ſubſtantiam aſſeuerare oportuit. Platoni autem multas ponere incumbebat:& inuicem ordinatas:ſaltẽ ad numerum & ordinẽ ſenſibiliũ ſpecierũ quas abſtractas aſtruebat: quicquid de generibus aut aliquibus tranſcendentibus dicaẽ. Poſuit.n.primũ abſtractum quod eſſentialiter:& unum & bonũ eſſet: & conſequenter diuerſos ordines intelligibiliũ, ut etiam dicetur. Ariſto.quoq; ideo poſuit plures ꝙ in celo appareant multi motus apud eũ ꝑpetui & uniformes:cuiuſlibet aũt mot⁹ eiuſmodi oportet eẽ aliquẽ finẽ propriũ, qui ſubſtantia eſt incorporea, ut patuit:cõſequenter autem neceſſe fuit eum ponere multas ſubſtantias ĩcorporeas ordinatas ſm numerum & ordinem celeſtium motuũ:nec exceſſit ultra:quippe qui in ſuis philoſophicis documentis hoc habuerit propriũ:a manifeſtis minime diſcedere. Sed iſte uie treſtriũ philoſophorum, chriſtiane pietati nõ ſunt multũ accõmode:quippe qui nec cum anaxagora ſenſibilium mixtionem ponimus: nec uniuerſalium realem abſtractionem cũ platone, nec celeſtis mot⁹ eternam perpetuitatem:cum ariſtotele & conſequenter ad manifeſtationem inſtituti noſtri, aliis uiis incedamus oportet.

¶ Punctum tertiũ. Oſtenſuri ergo ſumus ex diuina prouidentia: (q̃ rebus oĩbus ꝑfectionẽ ſm eaꝝ modũ optime aſſignauit) conſequens fuiſſe ꝙ quedã ſubſtantie intellectuales crearentur:in ſũmo rerum uertice conſtitute. Primo. Nã tunc effectus maxime perfectus eſt, quando redierit in ſuum principium, unde & figurarum ꝑfectiſſima circulus eſt, & motuum omniũ qui circularis eſt, ꝙ in his ad principium redeatur. Redeũt uero ad ſuum principium, & ſingule & omnes creature ea ratione qua principii ſui ſimilitudinem attingunt ſm eſſe ſuum ſuãq; naturam quod in quadam aſſimilatione eſt, in qua perfectionẽ nãciſcuntur ſicut & oẽs effectus perfectos dixeris, ubi cauſa agenti ſimilantur:ut ignis igni, & hõ homini generanti:& domus arti edificatorie. Cum igitur diuinus intellectus & uolũtas ꝑductarum creaturaꝝ principiũ ſit:(ſicut & oĩm artificatoꝝ intellect⁹ & uolũtas artificis) deus.n.mũdũ fecit: & nõ niſi uolẽs ut artifex:ad uniuerſi ex creaturis cõſtituti ꝑfectio

nem neceſſariũ fuit aliquas eẽ intellectuales in ĩtellectuali nã deo cõſimiles.¶ Secundo. Supra pfectionẽ primã in rebus addit pfectio ſecũda, quippe due perfectiones finite aliquid plus ſunt oportet q̃ altera tm̃. Sicut aũt ad perfectionẽ primã rei eſſe eius & natura cõcurrit: ſic rei operatio ad ſecũdã. Igitur ad cõſumationẽ uniuerſi pfecti: eẽ aliquas creaturas oportuit: q̃ redirẽt iu deũ, nedum nature uerũetiã operatiõi ſimilime: q̃ equidẽ aliter q̃ per actũ intellectus & uolũtatis eſſe non põt: quippe nec deus aliter erga ſeipm̃ operatur. Igitur ad optimã pfectionem uniuerſi, oportuit aliquas eſſe creaturas intellectuales. Tertio. Ad hoc ut pfecte diuine bonitatis repreſentatio per creaturas eſſet, non ſolũ q res bone fierent. uerũetiam q ad aliorꝫ bonitatem agerẽt oportuit: quippe & deus & bonus eſt & aliis bonitatẽ largitur. Perfecte aũt aliquid alicui in agendo ſimilatur, qñ non modo eadẽ eſt ſpẽs actionis, uerum etiã idem modus agendi. Ad ſummã igitur rerꝫ perfectionẽ: oportunum fuit, ut creature eſſent alique q̃ agerent eomodo quo de⁹ qui per intellectũ & uoluntatẽ agit: ut dictũ eſt. Quarto. Similitudo effectus ad eã cauſam quã efficientẽ dicunt: in ipſa forma effectus cõſiſtit, q̃ in agente preeſt: agit. n. omne agẽs ſimile in ea forma qua agit. Hec aũt agentis forma plerũqꝫ in effectu ipſo eque & in eadẽ natura. ut in agente erat recipitur: ut cũ ignis ignem & homo hoiem generat: plerũqꝫ uero recipitur mõ longe inferiore: ſicut domus q̃ in mente artificis intelligibiliter exiſtens quid ſpirituale eſt, & tñ in rebus materialibus materialiter recipitur: uidelicet in lignis lapidibus & cemento. Igitur uniuerſi ſumma pfectio id exquirit: ut non mõ ſm ſecundã uerũetiã ſm primã aſſimilationem creature deũ imitentur. Forma aũt qua deus creaturã efficit, forma eſt intelligibilis ſeu intellectualis eius cõceptio: eſt. n. agẽs p intellectũ ut dictũ eſt. Ad ſummã igiť uniuerſi pfectionẽ: creaturas aliquas eẽ neceſſe ẽ: in q̃bus ſm ſe forma diuini ĩtellect⁹ & exprimatur & imprimať qd' eſt eas eẽ natura intellectuales. Quinto Ad efficiendum creaturas deũ mouet aliud nihil niſi ſua bonitas quã rebus aliis cõicare ſtatuit: per modũ aſſimilationis ad ipſum quippe qui in agendo finẽ aliũ q̃ ſeipſum qui ſua bonitas eſt habere nequit: alioquin aliquid foret eo nobilius. Inueniť aũt unius ſimilitudo ĩ alio dupliciter; & quidẽ in primis q̃tũ ad eẽ nature ceu

ſimilitudo caloris ignis in re eſt ignita p illū:deinde uero ſm co-
gnitionē:ueluti eſt ſimilitudo ignis ī uiſu aut tactu:ut igiſ diuina
ſimilitudo ī reb⁹ pfecte ſit modis poſſibilibus,diuinā bonitatē re
bus modis pdictis duobus cōicari oportuit.ſ.in eſſendo & cogno
ſcendo.Eā uero cognoſcere ſol⁹ intellect⁹ pōt:quippe q̄ ſub ſenſu
nō cadat.Igiſ creaturas intellectuales eē neceſſe fuit.Sexto. In oī
bus q̄ decēter ordinata ſūt:hitudo ſcd'oꝝ ad ultima imitraſ hitu-
dinē primi ad oīa ſecūda & ultima:licet qn̄q3 deficiēter. Deus aūt
oēs in ſe creaturas cōprehēdit(quippe q ſit prima cā uirtute conti
nens oēs effectus)& hoc in corporalibus creaturis repreſentaſ &
oñditur licet p aliū modū:qn̄quidē ſemp corpus ſuperius inferi⁹
cōtinet & cōprehēdit:tñ ſm extēſiōnē q̄titatis:cum creaturas oēs
deus mō ſimpliciore & minime q̄titatis cōtineat:ut igiſ nec ī hoc
mō ſimpliciter cōtinēdi,dei imitatio deeſſet creaturis,creature in
tellectuales facte ſunt:q̄ corporales cōtinerēt:nō quidē extēſione
q̄titatiua:uerū p intelligibilē modū:quippe qd' intelligiſ in intel
ligente ē & eius intellectuali opatione cōprehendiſ. Sic ergo li-
quet ſupra aīam hūanam eē aliquas ſubſtātias intellectuales:quas
phī intelligentias:diuine lr̄e angelos uocāt.i. nuncios:qꝛ nobis.ſ.
ānūcient diuina. ❡ Punctū quartū.Ex dictis uero iā oſtēdi poſ-
ſet:nullā ſubſtantiā ex toto intellectualē eē corpus.❡ Primo. Nul
lū.n.corpus (ea ratione qua corpus:ſecus ut cā effectiua)aliud cō-
tinet niſi q̄titatiua mēſuratione:unde & ſe toto aliquid totū con
tinet:& partē parte: maiorē quidē maiore:& minorē minore. At
uero intellectus non comprehēdit rem intellectā eiuſmodi q̄tita-
tiua cōmenſuratione:cū ſe toto intelligat & cōprehēdat totum&
partē,maiora quoq3 in q̄titate:& minora. Igitur nulla ſubſtantia
ex toto intelligēs eſt corp⁹. ❡ Scd'o.Corpus nullū corporis alteri-
ſubſtātialēformā pōt excipere:niſi interueniēte corruptione ſuam
perdiderit:ut experimenta teſtātur.Intellectus aūt ex eo qꝛ corpo-
rum omnium formas exceperit:corrumpitur minime.uerū perfici
tur magis:intelligēdo.n.pficitur:intelligit aūt ex eo uel maxime
qꝛ in ſe intellectoꝝ formas excipiat.Igitur ſequituridē quod prio
re rōne.❡ Tertio.Indiuiduoꝝ eiuſdē ſpeciei diuerſitatis pricipiū
eſt diuiſio q̄titatiua materie:hui⁹.n.ignis forma ab ignis illius for
ma nō alia ratione ſecernitur,niſi qꝛ ſint in diuerſis partibus per

quas materia diuiſa eſt. Haud dubiũ diuiſione q̃titatis ſolius ſine qua materia utiq; indiuiſibilis eſt. Quod aũt recipitur in corpore ſm q̃titatis diuiſionẽ recipiatur oportet. Ergo forma nõ recipitur in corpore niſi ut indiuiduata. Si igitur itellectus eſſet corpus: forme rerũ intelligibiles in eo minime reciperent, niſi ut indiuiduate. Intelligit uero intellectus res p rerũ formas apud ſe habitas. Nõ ergo itelligeret uniuerſalia, ſed particularia ſola, quod falſum experimur. Ergo idem. ¶ Quarto. Secundũ ſuã ſpeciẽ ſolam agit oẽ agens, quippe cuilibet agenti ſua forma a qua ſpeciẽ nãciſcit, eſt agendi principiũ. Igitur ſi intellectus corpus eſt, intellectus operatio ordinẽ corporũ non excedit. Igitur ſola corpora intelligat neceſſe eſt, cuius oppoſitũ experimur in nobis, qui nõ ſumus intellectus, ſed habemus intellectũ .i. animam intellectiuam. Ergo idẽ ¶ Quinto. Si ſubſtãtia intellectus ẽ corpus, aut finitũ igit aut infinitum corpus ſit oportet. Nõ aũt erit corpus infinitũ, quippe tale eſſe nõ poſſe actu, in phiſicis oſtẽſum eſt, & nos ſupponamus. Igitur ſi corpus eſt, corpus finitũ eſt. Hoc non eſſe impoſſibile uel ex hoc pateat, q in nullo finito corpore infinita potẽtia eẽ põt, ut ẽt in phiſicis demõſtratũ eſt: potẽtia uero intellect' quodãmõ infinita ẽ, quippe q infinitũ intelligat numerorũ ſpẽs ſemp augendo: & ſimiliter figurarũ ac pportionũ, uniuerſale quoq; cognoſcit puta hoiem uel animal, qd ſm ſuũ ambitũ uirtute infinitũ eſt, quippe quod infinita indiuidua ſub ſe cõtinere poſſit. Ergo ſubſtãtia intellectualis corpus nõ eſt. ¶ Sexto. Impoſſibile ẽ duo corpora in inuicem ſe cõcludere & cõtinere, quippe cõtinens ſemp cõtentũ excedat oportet. Duo uero intellect' ſe inuicẽ continẽt & cõprehendũt quippe qui ſeinuicẽ intelligũt. Ergo idẽ. ¶ Septimo. Nullius corporis actio ſup agens ipm reflecti põt oſtẽſum ẽ.n. in phiſicis nullum corpus a ſeipſo moueri niſi forte ſm partẽ: ita uidelicet q una pars eius mouẽs ſit, & alia mota. Intellectus uero ſupra ſeipm agẽdo reflectit, quippe qui ſeipm nõ ſm partẽ modo: uerũ etiã ſm totum itelligat. Ergo idẽ. ¶ Octauo. Actio corpis ad actionẽ aliquã minime terminat: ſicut nec motus ad motũ: ut in phiſicis probatũ eſt. Actio aũt ſubſtãtie intelligentis, ad actionẽ terminari põt qppe intellectus ſicut rẽ intelligit, ita & ſe intelligere utiq; intelligit: & ſe intelligere, ipſum intelligere, & ſic in infinitũ. Vnde ſuſtantiam

ex toto itelligentē eſſe corpus ipoſſibile ē. Que uero habet partē itellectiuā,& partē nō intellectiuā,ut hō:corpus u iq; eſſe pōt.

¶ Aliquas eē ſubſtātias intellectuales icorporeas. Capi. Vii

ET ſi uero ex dictis iā haberi poteſt aliquas eſſe ſubſtātias intellectuales:omnino incorporeas:quas phi itelligentias,chriſtiana uero pietas angelos dicit:id tamē clarius ex ſequentibus punctis eluceſcet.

¶ Primū. Nulla ſubſtantia intellectualis alteri corpori elementari uniri ut forma pōt:q̃ humano. Notanter dicitur elementari,quatenus a celeſtibus preſeruemur:de quibus an animas habeant,ut ſol luna & uniuerſaliter aſtra:dubitatio & iter phos:& inter ipſos theologos fideles extitit:quā equidem queſtionē conſulte pretereo ꝙ noſtro inſtituto nihil attinet. Notanter etiā dicitur ut forma,ppterea ꝙ aliud ſit eſſe motorē,atq; aliud eē formā unde qui celeſtia corpora ab intelligentia animali formaliter negant,admittunt tñ intelligentiam etiam eis uniri ut motorē mobili & equidē naturaliter proportionato,& cōmenſurato ac proprio. Sic ergo pñs punctum deducitur philoſophice. Si enim natura intellectualis al[...]ri corpori elementari q̃ humano unitur ,ut forma:utiq; aut mixto aut ſimplici uniatur oportet:cum inter hec mediū ſit nullum. N[...]a pōt aūt uniri mixto quia illud a toto ſuo genere oporteret eſſ[...] cōplexionis maxime tēperate iter omnia mixta:cū talia cernamus tanto nobiliores formas ſortiri:q̃to magis ad cōplexionis temperamentum attingunt: conſequenter autem quod formam nobiliſſimā utpote ſubſtantiam intellectualē nanciſcitur:tēperatiſſimum ſit oportet:unde etiā uidemus carnis molitiem & tactus bonitatem:equalitati cōplexionis atteſtātia:ſigna eſſe bonitatis itellectus. Complexio uero maxime equalitatis una tantum ſit oportet:& ea eſt que humano corpori cōgruit. Igitur ſi intellectualis ſubſtantia alicui corpori mixto uniatur,illud eiuſdem nature cum humano corpore ſit oportet, forma quoq; eius neceſſario eiuſdem nature erit cū humana anima:& conſequenter inter hoiem & animal illud differentia ſpecifica minime erit. Similiter āt neq; corpori ſimplici,puta uni quattuor elemētorum,uniri pōt intellectualis ſubſtantia. Primo. Nā unūquodq; corpus eiu

modi & in toto & in partibus ſimile eſt; eiuſdē. n. nature ac ſpēi: totus aer & pars aeris ē: & tota aqua & aque pars: habet. n. eundē motū & itidē de aliis ē. Similibus aūt mobilibus & motib⁹: ſimiles forme debent. Si igitur dictoꝝ corpoꝝ aliqua pars animata ſit aīa ītellectuali, puta aeris: aer totus oēſq; aeris partes eadē ratiōe ea aīa erunt animata. Hoc aūt manifeſte & plane falſum eſt, nulla. n. operatio uitalis in aeris aut alterius eleméti partibus apparet. Nō igiť alicui parti aeris uel ſimiliū corpoꝝ: ſubſtantia intellectualis unitur ut forma. ¶ Secūdo. Si alicui corpoꝝ ſimpliciū ſubſtatitia aliqua intellectualis unitur ut forma, aut intellectū tm̄ habebit aut etiā potētias alias, puta ſenſiuas aut nutritiuas, ut in hoīe liquet. Et equidē ſi intellectū tantū mō habet: corpori fruſtra uniať oportet, oīs. n. forma corporis aliquā habet operationē ꝓpriā ꝑ corpus intellectus aūt nullā habet operationé ad corp⁹ ꝑtinentē: niſi ſm ꝙ mouet corpus: ītelligere. n. nō eſt operatio talis q̄ ꝑ corpus expleatur ut ꝓbat ari. 3. de aīa: & pari rōne etiā uelle, elementoꝝ etiā motus ſunt a mouentibus naturalibus. i. generātibus: nec mouent ſeipſa, unde ꝓpter eoꝝ motū ea eſſe aīata non oportet. Si uero dicta ſubſtātia habet ēt alias potentias aīe: cū partes ille aliquorū organorū partes ſint, oportebit in partibus elementoꝝ diuerſitatem organoꝝ eſſe, quod ſenſui & ſimplicitati eoꝝ utiq; repugnat. Nō ergo ſubſtātia intellectualis alicui elemēto aut eius partibus uniri pōt. ¶ Tertio. Quanto aliquod corpus eſt propinqui⁹ materie prime, tanto eſt ignobilius: quippe quod magis in potētia & minus ī actu cōpleto ſit. Elemēta aūt ipa: materie prime ſunt ꝓpioa q̄ mixta corpa, cū & ipſa ſint mixtorū corpoꝝ materia prima. Sūt igiť elementoꝝ corpora ſm ſpeciē ſuā ignobiliora corporibus mixtis Cū ergo nobilioris corpis nobilior forma ſit oporteat: īpoſſibile eſt formaꝝ nobiliſſimā aīam. ſ. intellectualē elementoꝝ corporibus uniri. ¶ Quarto. Si corpora elementoꝝ aut eorum partes aliq̄ nobiliſſimis animabus q̄ ſunt intellectuales aīe, animata forēt q̄to aliqua corpora elementis uiciniora ſunt propinquiora quoq; ad uitam ſint oportet: q̄ eſt ab anima. Hoc uero minime apparet: uerum contrarium magis: nā plante minus hn̄t de uita q̄ bruta: cū tn̄ elemento terre uicinioresſint: mineralia quoq; q̄ adhuc ꝓpiora ſunt de uita hn̄t nihil. Nō igitur ſubſtantia intellectualis aut elemento

aut parti elementi unit. ¶ Quito. Nā oīm uiuētium corruptibiliū uita: p cōtrarietatis excellentiā corrūpat oportet: bruta. n. & plante ab excellēti calido & frigido humido ac ſicco mortificāt. In cor poribus uero elemētorꝝ harū contrarietatū excellētie pcipue ſunt. Impoſſibile igit ē in eis eē uitā & cōſequēter intellectualē ſubſtā tiā eis eſſe unitā eomō quo forma. ¶ Sexto. Elemēta & ſi ſm totū ſūt icorruptibilia: partes tñ ſingule corruptibiles ſunt: utpote q̄ cō trarietati ſubiecte ſint. Igit ſi he partes ſubſtātias cognoſcētes hñt unitas, maxime uidet eis cōpetere uis diſcretiua corrūpentiū: que equidē ſenſus tactus ē: q calidi & frigidi: ac ſimiliū cōtrarietatū di ſcretiu⁹ ē: propter qd ēt quaſi neceſſarius ut a corruptione pſeruet oibus animalibus adeſt. Hūc aūt ſenſum ineē corpori ſimplici im poſſibile utiqꝫ ſit oportet: cū organū tactis oporteat cōtrarietatib⁹ actu carere: & ſi nō potētia quod ſolū in mixtis tēperatis cōtingit Igit īpoſſibile dixeris aliquas elemētorꝝ partes aiatas fore aia co gnitiua nedū intellectiua. ¶ Septimo. Oē corpus uiuēs aliquo mō ſm aīam localiter moueat oportet: nā corpora celeſtia ſi tñ aīata ſunt circulariter rotata mouent: aīalia uero pfecta motu pgreſſiuo oſtrea uero & ſimilia motu dilatationis & cōſtrictiōis: plāte quoqꝫ motu augmēti & decrementi quod ē utcūqꝫ localiter moueri. Sed in elemētis motus q ſit ab aīa apparet nullus: ſed naturalis tñmō ſurſum uel deorſum: aut circularis q̄ū ad ignē aut aerē attinet: q̄ ex celi motu & ipſa rotantur, Nō ſunt igitur corpora uiuentia.

¶ Pūctū ſecūdū. Si uero dicat ꝙ ſubſtātia ītellectualis: & ſi elemē to uel pti ei⁹ nō unit ut forma: unit tñ ut motor: ppriius & cōna turalis eo mō quo ītelligētie corpib⁹ celeſtib⁹ uniunt: ut īfra pba bit. Primū qdē in aere hoc dici īpoſſibile ē. Nā cū pars aeris p ſe ipm terminabilis nō ſit: nō pōt ps eius aliq̄ determinata motū p priū hre gr̄a cui⁹ rei ītellectualis ſubſtātia illā motura iūgat. Et p terea ſi qua ſubſtātia ītellectualis unit alicui corpi nālitet: ſicut mo tor pprio mobili: oportet ſubſtātie illi⁹ uirtutē motiuā limitari ad corp⁹ mobile cui nāliter unit. nā cuiuſlibet motoris pprii uirtus: in mouēdo pprīū mobile nō excedit: alioquin nā operādo ſuper efflueret faciēdo p maius quod eque bñ pōt facere p minus. Ridi culū aūt uidet dicere: uirtutē cuiuſqꝫ ſubſtātie intellectualis aliquā determinatā partē alicui⁹ elemēti aut corp⁹ mixtū in mouēdo nō

excedere. Non ergo dicendū uidetur ꝙ aliqua ſubſtantia ītellectua lis uniatur alicui corpori elemētari, aut ſimplici aut mixto naturaliter: ut motor niſi etiā ſibi uniatur ut forma. Preterea motus corporis elementaris ex aliis principiis cauſari poteſt: q̄ ex ſubſtantia intellectuali. Igitur ſuperfluū eſſet gr̄a motuū hmōi ſubſtatias intellectuales corporib⁹ elemētaribus naturaliter uniri. Ex hiis uero correlarie liceat inferre, falſam eē opinionē apuleii: & quorūdam platonicoꝝ qui dixerunt demonia eſſe aīalia corpore aerea: mēte rationalia aīo paſſiua tpe eterna: falſam quoq̧ itidē eſſe quorūdā gentiliū ſententiā, ꝙ elementa ſint animata, ac perinde more deorum colenda: falſam itidem eē opinionē dicentiū angelos & demones hr̄e corpora naturaliter unita: q̄ quidē corpora de natura eſſe ſuperioꝝ uel inferioꝝ elementorum aſtruebant.

¶ Punctum tertiū. Sunt ergo alique ſubſtantie ītellectuales corporibus nō unite, quas intelligētias uel angelos dicūt ſiue bonos ſiue malos, ut uero xp̄iani qui theologis minus q̄ philoſophis credunt erubeſcāt; rationē ari. ad hoc probandnm ultimo loco relinquentes, id ex ſacris theologis aſtruamus, ut hoꝝ rōnes q̄tum numero & uirtute ariſtotelice preſtēt, quiſq̧ uel rudis intelligat.

¶ Arguitur ergo ſic. Primo. Nā quod ſupra alias oſtēſum ē: & nūc ab omnibus eſt cōfeſſum, ſupponētes: uidelicet ꝙ deſtructis corporibus humanis ſubſtātia intellectualis quaſi ꝑpetua maneat, ſic proceditur. Nā ſi ſubſtātia intellectus. q̄ remanet una ſit oīm (ſicut quidā. i. auerroes & auerroiſte dicunt aut uerius fingūt) neceſſario ſequitur eā ſm̄ ſuū eſſe a corpore eſſe ſeparatā, ſicq̧ noſtra intētio ſtabilita eſt: ꝙ. ſ. aliqua ītellectualis ſubſtātia, ſine corpore ſubſiſtat At uero ſi corporibus deſtructis plures intellectiue aīe manēt, aliquibus ſubſtātiis intellectualibus, ſine corpore ſubſiſtere cōueniat oportet: ꝑſertim cū aiam de corpore tranſire ad corpus: alias oſtēſū eſt & nūc ſupponat eē īpoſſibile. Nō tn̄ aīab⁹ cōuenit p ſe ea ſubſiſtētia quā hn̄t a corpe ſeparate: ſed p accidēs tm̄, cū naturaliter ſint corpoꝝ forme & naturaliter appetāt eē in corpore ut experimur: & ꝓbat rō, quippe oīs pars in ſuo toto eſſe cupit. Vn̄ hinc naturali rōe ēt ad futurā reſurrectionē argumētamur, quaſi. ſ. eſſe aīe extra corpus cū ſit cōtra naturam nō poſſit eſſe perpetuū. Cum autē eo ꝙ eſt per accidēs, prius ſit id quod eſt p ſe oporteat: etiā alique

ſubſtātie

ſubſtantie ſeparate aïabus priores p ſe ſeparate ſint oportet. ¶ Se-cũdo. Quicqd de ratione gñis ē:puta aïalis de rõne quoq; ſpẽi ſit oportet,puta hoïs,nõ tñ econtra de rõne gñis eſt quicquid ē de rõne ſpẽi:ſicut rõnale de ratione eſt hoïs:nõ aũt aïalis. Quicquid uero eſt de rõne ſpẽi & nõ gñis:ut rationale:nõ eſt neceſſe oïbus ſpẽbus generis ineſſe.multe.n.ſunt brutoꝝ ſeu irrationabiliũ animalium ſpecies.Subſtantie aũt intellectuali cõuenit ſm ſuũ gen⁹ q͂ ſit per ſe ſubſiſtens,cũ habeat p ſe operationē.i. intelligere:qđ nullũ habet organũ corporale p qđ expleať: imo oportet ab oī corpore eē denudatũ:alioquin intelligere nequiret oïa corpora: ut deducit ari.ſicut nec pupilla uideret oēs colores ſi aliquē habe ret innatũ.De ratione uero rei p ſe ſubſiſtētis nõ eſt q͂ alteri uniať alioquin oïs ſubſtãtia corporea in ſpē cõpleta uniretť alteri:ad cõ ſtituendã aliã in infinitũ:qđ eſt inſanire.Nõ eſt igiť de rõne ſub-ſtantie intellectualis ſm ſuũ genus q͂ ſit corpori unita:& ſi hoc ſit de ratione alicuius ſubſtantie intellectualis q̃ eſt aïa. Sunt igitur aliq̃ ſubſtãtie intellectuales corporibus nõ unite. ¶ Tertio. Nam ſuperior in ſuo ultimo ſemp inferiorē cõtingit in eius ſupremo, ſicut & in corporibus integrãtibus mundũ ſupficies cõcaua ſupe-rioris & cõuexa inferioris adeo ſe cõtingunt q͂ mathematice ſiue ſitu,ſũt una:phiſice tñ ſiue ſubiecto ſunt due.Natura aũt ītellectua lis ē corporali ſuperior:& eã cõtingit ſm aliquã partē ſui q̃ eſt aïa rationalis.Oportet igitur q͂ quēadmodũ corpus pfectũ rationali uel intellectiua aïa in genere corpoꝝ ſupremũ eſt:ita aïa rationa-lis:q̃ unitur corpori in gñe ſuſtãtiarũ intellectualiũ infima ſit.Sũt igitur alique intellectuales ſubſtãtie,nõ unite corporibus,ſuperio res aïa ſm ordinē nature.¶ Quarto.Si quid ī genere quopiã īper-fectũ inuenitur:ante illud in gñe eodē nature ordine aliquid per-fectũ ſit oportet:perfectũ.n.imperfecto natura prius eſt:qr hoc in-diuiduum quod modo generatur puta bos aut equus uel homo: prius imperfectũ fit,deinde uero perfectum:in quolibet tñ genere horum oportet imperfecta a perfectis oriri,non ecõtra: Vnde ſim pliciter perfecta ſunt priora & actus prior potentia ut patet in.10. meta.Forme aũt q̃ ſunt in materiis :actus īperfecti ſunt: quippe q̃ nõ habeãt eſſe cõpletum.Sunt igitur alique forme que ſunt actus completi per ſe ſubſiſtentes in completo eſſe uel ſpecie. Omnis

uero forma per ſe abſq; materia ſubſiſtēs & ſubſtātia intellectua‑lis:immunitas.n.materie cōfert eſſe intelligibile cuius ſignum eſt quia unūquodq; eſt cognitiuū magis uel minus ſm remotionem a materia unde maxime materialia nō cognoſcunt uel elementa mineralia & plante:& cōſequenter q eſt in ſummo gradu immaterialitatis:ut qr eſt immateriale in ſummo gradu cognitionis q eſt intellectiuū eſſe ſit oportet,ſm regulā logicalem:ſicut ſic ad ſic & magis ad magis,ita maxime ad maxime. Sunt ergo alique ſubſtantie intellectuales corporibus non unite. ¶ Quinto. Subſtātia ſine quantitate eſſe pōt:& ſi non econtra: ſubſtantia.n. aliorū generum prima eſt tēpore ratione & cognitione apud phos. Nulla aūt ſubſtantia corporea eſt ſine quantitate. Poſſunt igitur quedā eſſe in genere ſubſtātie abſq; corpore omnino. Oēs aūt nature poſſibiles in rerum ordine inueniuntur,aliter.n.uniuerſum imperfectum eſſet,in ſempiternis etiā non differt eſſe & poſſe. Sunt igitur alique ſubſtantie abſq; corporibus ſubſiſtentes poſt primam que deus eſt,qui in genere non eſt:ut per ſe cōfeſſum eſt, & ſupra animam que corpori unita eſt ¶ Sexto. Si ex duobus aliquibus inuenitur aliquid cōpoſitum & alterū eorū inuenitur per ſe, quod eſt minus perfectum:etiā reliquum quod eſt pfectius, & reliquo minus egens per ſe inueniatur neceſſe eſt. Inuenitur aūt aliqua ſubſtantia cōpoſita ex ſubſtantia intellectuali & corpore, ut per ſe de homine patet:corpus aūt inuenitur per ſe ſine natura intellectuali ſicut in brutis ac plantis,& in omnibus inferioribus corporibus. Igitur multo fortius ſubſtantie intellectuales corporibus non unite:inueniantur oportet. ¶ Septimo. Subſtantiā rei ſue operationi proportionatā eē neceſſe ē:q operatio rei actus ſit & bonū ſubſtātie operantis:maximeq; ea quā immanentem uocant:actus enim in ſuſceptiuo diſpoſito & cōuenienti ſit oportet. Subſtantie autē intellectualis operatio propria intelligere eſt,ut cōfeſſum eſt. Igitur intellectualē ſubſtantiā talem eſſe oportet:que dicte operationi congruat. Intelligere autē cū operatio ſit per organū corporeū nō exercita(nullus.n.phus aut medicus unq̄ potuit intellectui organum deſignare:ſed ſolū fantaſie & ceteris ſenſibus) nō indiget corpore niſi ea ratione q intelligibilia a ſenſibilibus ſumunt :oīs enim noſtra cognitio a ſenſibus proficiſcitur ari.& experiētia do

centibus.Hic aũt modus intelligendi impfectus eſt:pfectus.n.eſt: ut ea intelligantur q̃ ſm ſuã naturã intelligibilia ſunt: ꝙ uero nõ intelligant niſi ea q̃ ſm ſe intelligibilia nõ ſunt;ſed fiunt intelligibilia p intellectum accipientẽ ac abſtrahentẽ a ſenſibus :imperfectiſſimus modus intelligendi eſt. Si igitur ante omne imperfectũ in quolibet genere oportet eſſe pfectum aliquod:ut probatũ eſt: oportet an̄ aĩas humanas intelligẽtes p dictũ impfectũ modum: aliquas eẽ ĩtellectuales ſubſtãtias q̃ ea ĩtelligant,q̃ ſm ſe ĩtelligibilia ſunt,a ſenſibus cognitionẽ minime capiẽtes:ac per hoc oĩno a corporib⁹ ſeparatas. ¶ Octauo ac ultimo argumentatur p rationem ariſto.Nam ipſe.12.me.tex.cõ.43.ſic argumentatur.Motum continuum regularem & q̃tum in ſe eſt indeficientẽ oportet eſſe a motore qui nec per ſe nec per accidens moueatur :propter ea.n. motus animalium non eſt perpetuus quia mouens .i.aĩa per accidens mouetur moto corpore:& cõſequenter moués non ſemper eſt in eadem diſpoſitione mouẽdi:plures etiam motus oportet eẽ a pluribus motoribus. Motus aũt celi continuus & regularis & q̃tum in ſe eſt indeficiens eſt:& preter primum motũ ſunt multi tales motus in celo:ut aſtrologorum conſideratio manifeſtat. Igiẗ eſſe oportet plures motores qui non moueantur nec p ſe nec per accidens. Nullum aũt corpus mouet motu locali preciſe niſi localiter moueatur:quippe oportet ꝙ impellat uel trahat uel giret: q̃ omnia ſine locali motu mouentis minime perficiũtur:motor autem incorporeus unitus corpori mouetur per accidens ad motũ corporis:ut de anima liquet. Oportet igitur eſſe plures motores: qui non moueantur:neq; ſint corpora neq; corporibus uniti. Motus aũt celeſtes ſunt ab aliquo intellectu,ut infra probabitur. Sũt igitur plures ſubſtantie intellectuales corporibus non unite. Quod etiam dio.4.ca.de di.no.firmat dicens angelos & immateriales & incorporeos eſſe. Per hoc uero ſaduceorum poſitio tollitur:qui dicunt ſpiritum non eſſe. Et poſitio antiquorum naturalium:qui dicebant omnem ſubſtantiã eſſe corpoream. Et poſitio orige.ꝙ nulla ſubſtantia poſt diuinam trinitatem abſq; corpore ſubſiſtere poteſt. Et poſitio multorum aliorum ꝙ angeli & boni & mali habeant corpora naturaliter unita.

¶ Punctum quartũ. Subſtantie intellectuales incorporee ab aĩa

hũana ſpecifice diſtinguũť.¶ Primo. Maior eſt differẽtia aĩe hũa-ne ad ſubſtãtiã ſeparatã q̃ unius talis ſubſtãtie ab alia. Subſtantie aũt ſeparate oẽs adinuicẽ ſpẽ diſtinguũť:ut oſtendeť pũcto ſequẽti. Multo igiť magis:& ſubſtãtia ſeparata quã intelligentiã dicunt ſpecie differt ab aĩa.¶ Secũdo. Vnaqueq; res habet propriũ eẽ:ſm rõnẽ ſue ſpeciei:quorũ.n.ratio eſſendi diuerſa eſt:horũ ſpẽs quoq; diuerſa ſit oportet. Eſſe uero humane aĩe & ĩtelligẽtie nõ eſt uni⁹ rõnis:nã in eẽ ſubſtantie ſeparate corp⁹ cõicare nõ põt:ſicut in eẽ hũane aĩe põt:qppe q̃ ſm eſſe uniť corpi ſicut forma materie. Aĩa igiť hũana ab angelicis ſpiritib⁹ ſpẽ differt. Tertio. Qd' ſm ſeipm ſpeciẽ habet: cũ eo qd' ſm ſe ſpeciẽ nõ habet:eiuſdẽ ſpẽi eẽ neqt. Subſtãtia aũt ſeparata habet p ſe ſpeciẽ ut liqt:qr pars cõpoſiti ex mã & forma eẽ nequit:eẽt.n.corporea:aĩa uero ſpeciẽ p ſeipſã nõ habet:ſed pars ẽ hũane ſpẽi. Impoſſibile eſt igiť q' eiuſdẽ ſpeciei ſit cũ ſubſtantiis ſeparatis.¶ Quarto. Spẽs rei ex propria operatione pcipiť:operatio.n.uirtutẽ & uirtus eſſentiã demõſtrat. Propria aũt operatio aĩe humane ẽ intelligere accipiẽdo a fantaſmatibus & ſenſibus ut experientia teſtatur nõ aũt ſubſtãtie ſeparate cũ non habeat organa corpora:in quibus oportet eẽ fantaſmata & ſenſus unde ẽ alius oĩno modus intelligẽdi utriuſq;. Nõ ſunt igitur hec eiuſdẽ nature uel ſpẽi.¶ Quinto. Vbi ſunt partes diuerſe & multo fortius ubi unũ habet cõpartẽ & non aliud: nõ põt eẽ ſpecies una quippe cũ partiũ diuerſitate nõ ſtat unitas totius. Sed intelligẽtia & aĩa humana ſunt eiuſmodi:qr aĩa habet corpus cõpartẽ hoĩs: intelligentia aũt eſt ſine corpore ut pbatũ eſt. Nõ ſunt ergo unũ ſpecie rõnalis aĩa & angelus. ¶ Punctũ quintũ. Sed neq; aliq̃ due intelligẽtie cõueniunt in una ſpecie:uerũ omnes ſunt ſpecie differẽtes.¶ Primo. Oſtẽſum eſt.n.q' intelligẽtie ſunt quedã quiditates ſine corpore ſubſiſtentes. Species aũt rei eſt quã ſignificat diffinitio:q̃ ſignum eſt quiditatis rei. Vnde quiditates ſubſiſtẽtes ſunt ſpẽs ſubſiſtẽtes. Plures ergo ſubſtãtie ſeparate eſſe nõ poſſunt niſi ſint ſpẽs plures. ¶ Scd'o. Quecunq; ſunt idẽ ſpẽ, numero uero differunt:materiã habeant oportet:differẽtia.n.q̃ eſt ex forma ſpeciẽ:que uero eſt ex mã numerũ uariat. Subſtantie aũt ſeparate non hñt omnino materiã neq; que ſit pars earũ neq; cui uniantur ut forme. Igitur plures eiuſdẽ ſpeciei eẽ eſt omnino impoſſibile.

¶ Tertio. Nā in rebus corruptibilibus ad hoc in ſpecie una ſunt indiuidua plura ut natura ſpeciei que ꝑpetuo in uno īdiuiduo ſaluari nō pōt:ſaluetur in pluribus:unde etiā in corporibus incorruptibilibus:in ſpecie una nō eſt niſi indiuiduū unū:ut unus ſol una luna. Subſtantie uero ſeparate natura in indiuiduo uno perpetuo ſaluari pōt:quippe incorruptibilis eſt:ut alias probatū eſt. Nō igit͛ oportet eſſe in eis indiuidua plura ſub ſpecie una. ¶ Quarto. In unoquoqꝫ id quod eſt ſpeciei eo quod eſt indiuiduationis principium nobilius eſt:preter rationē ſpeciei exiſtēs. Igitur ſpecierum multiplicatio plus perfectionis pluſqꝫ nobilitatis uniuerſo addit quam multiplicatio indiuiduorum in ſpecie una. Perfectio autem uniuerſi maxime conſiſtit in ſubſtantiis ſeparatis. Magis igitur competit ad uniuerſi pfectionē ꝙ plures ſint ſubſtantie ſm ſpeciem diuerſe q̄ ꝙ in eadem ſpecie multe ſint ſm numerum.

¶ Quinto. Corporibus celeſtibus intelligentie potiores ſunt & ꝑfectiores. In corporibus aūt celeſtibus propter eoꝝ perfectionem nō inuenitur in ſpecie una niſi indiuiduū unū:tum qr unūquodqꝫ eorum cōſtat ex materia tota ſue ſpeciei:tū quia in īdiuiduo uno eſt perfecte uirtus ſpeciei ad cōplendum illud in uniuerſo ad qđ ſua ſpecies ordinatur:ſicut in ſole & luna precipue patet. Multo igitur magis in ſubſtantiis ſeparatis:non inuenitur niſi indiuiduū unum in ſpecie una.

¶ Quid de ſubſtantiaꝝ incorporearū ſeu intelligentiarum natura ac numero philoſophi ſenſerint:precipue plato & ariſtoteles. Capitulum. viii.

Quia uero iam aliquas intelligentias aut angelos eſſe mōſtrauimus ſupereſt. ut etiā de numero eoꝝ aliqđ dicamus:ſic.n.etiā plenius diabolica figmenta detegemus:quod in toto hoc opere eſt noſtrum principalius inſtitutū. Hoc autem multis punctis faciemus: prius tamen gentilium falſas opiniones prelibantes.

¶ Punctū primum, De natura rerū qui primo.i.aū oēs alios phi loſaphari ceperūt:ſola corpora in reꝝ natura eſſe exiſtimātes: prima rerū principia corpora aliqua ſiue elementa poſuerat:aut unū, aut plura, quibus omnibus eorumqꝫ ſequacibus uidebatur nullas eſſe ſubſtantias incorporeas:quas nos angelos dicimus: ſed eorū

quiſq; illud idem elementũ cui auctoritatem principii aſcribebat deum putauit:uerum Epicurei ex doctrina democriti originem trahentes,poſuerunt quoſdã deos corporeos quidem: ſed tamen in effigie humana:& penitus ocioſos, nihil curantes, ut fruendo uoluptatibusbeati eſſent.Huic autem opinioni antiqui reſtiterũt. Anaxagoras enim primus,& ſi cũ ceteris naturalibus phis:principia corporalia poneret.Primus tñ inter philoſophos poſuit rerũ incorporale principium.i.intellectũ,credẽs corporalia omnia que ſunt cũ eſſent mixta nõ poſſe diſtingui:niſi per omnino immixtũ nihil habens cõe cum reliquis.Licet aũt opinio hec ceteris uerior ſit:que ſolũ materialẽ naturam ponebant:tñ a ueritate multipliciter deficit.Et quidẽ primo quia unicũ intellectum poſuit qui mũdum fecit diſtinguendo cõmixta:qui eſt deus:& conſequenter de angelisnihil edocuit.Secũdo quia intellectũ illum nõ poſuit uniuerſale eſſendi principiũ:uerum diſtinguendi ſolũ:quippe qui nõ dicebat corpora cõmixta ab eo intellectu eſſe:ſed ſolũ diſtingui: unde iſte ſuus intellectus uidetur fuiſſe ſimilis in officio intelligẽtie que mouet primum celum uel certe ſolem:que herbas in elemento terre confuſas & cõmixtas: inde educendo diſtinguit.Preter hoc tamen debuiſſet alium intellectũ poſuiſſe:qui res commixtas effeciſſet. ¶ Punctũ ſecundum. Contra hanc autem opinionem primoꝝ philoſophorũ naturalium:ſufficientiori uia plato proceſſit,dicẽs naturas quaſdã a materia fluxibiliũ ſeparatas:in quibus ueritas fixa reſideret:quibus herendo humana aĩa cognoſceret ueritatẽ:cõtra ſententiã antiquorum:qui omnes cõcorditer aſſeuerabant certã rerum ueritatẽ minime poſſe ſciri: ꝙ corporalia in fluxu iugiter eſſent,ac perinde ſenſus noſtros decipi:qui ſola corpora diſcernũt.Poſuit autẽ plato duo rerũ genera a ſenſibilibus abſtracta mathematica.ſ.ut quantitates:& uniuerſalia que dicebat ſpecies uel ideas:& id ea ratione quia exiſtimauit aliqua ita eſſe abſtracta & ſubſiſtẽtia in re:ſicut ſunt in noſtri intellectus apprehenſione:qui id quod in ſenſibilibus eſt ſine ſenſibilibus apꝑhendit,ut hominem ſine hoc & illo hoĩe puta ſorte & petro: qđ quidem intellectus noſter dupliciter efficit:primo uidelicet abſtrahendo mathematica a materia ſenſibili:ut dum ſuperficiem ſine colore ſpeculatur uel abſtrahendo uniuerſalia a ſingularibus ut

hominē a ſocrate & platone. Mathematica aūt poſuit media īter ſpecies & ſenſibilia: ꝙ cū illis conueniant in eſſe ſeparata, & cum his ineſſe plura in ſpecie una, poſſumus enim ī mathematicis plura apprehendere unius ſpeciei: puta duas lineas equales: quod nō eſt in ſpeciebus: quippe homo in uniuerſali & ſm ſpeciē eſt unus tm̄. In ſpeciebus quoq; talem ordinem ſtatuit: ut ꝙ in intellectu ſimplicius erat: etiā in rerum ordine prius eſſet. Itaq; primum rerum principium & deū ſummū dicebat primā ideā unius: qd' nominabat ſm ſe unū, & ſm ſe bonū, quia primum quod eſt in itellectu inquiebat eſt unū & bonū: quippe qui non intelligit unum & bonum nihil intelligit: unum aūt & bonū ſe conſequūtur. Sub hoc aūt uno primo diuerſos ordines participantiū & participatorum ſtatuebat in ſubſtantiis a materia ſeparatis: quos quidem ordines omnes deos ſecundos dicebat: quaſi quaſdam unitates ſecūdas poſt primā & ſimplicē unitatem. Rurſus quia omnes alie ſpecies participant uno: ita etiā intellectus, ad hoc ꝙ intelligat, oportet entium ſpeciebus participet: unde ſicut ſub uno deo qui ē unitas prima ſimplex, ſunt alie rerū ſpecies quaſi unitates ſecunde & dii ſecundi: ita ſub ordine harū ſpecieꝝ ſeu unitatū ponebat ordinem intellectuū ſeparatoꝝ: qui ſupra dictis ſpeciebus participarēt ad hoc ꝙ actu intelligentes forent: inter quos tanto quiſq; erat ſuperior: q̄to primo ītellectui propior, qui ſpecierū participationem pleniſſimam habere dicebatur, ſicut & in diis, & unitatibus: tanto quiſq; erat ſuperior q̄to unitatē primam perfectius participabat. Nec tamen per ſeparationem intellectuum a diis excludere uolebat intelligentiā qua intelligentes eſſent, ſed uolebat ꝙ ſuper intellectualiter intelligerent per ſeipſos: & non participatione ſpecierum: ita tamen ꝙ nullus eſſet unus uel bonus: niſi primi unius & boni participio. ¶ Tertiū quoq; ordinem ſtatuebat animarū, quarum ſuperiores tm̄ intellectiuam uirtutem participarent, non. n. anima intelligit ex eo ꝙ anima. Alioquin intelligeret anima oīs: & anima ſecundum totum id quod eſt: eſſet intellectus: cuius contrarium experimur: quippe nec bruta uel plante intelligunt: nec in homine uires ſenſitiue aut uegetatiue ſunt intellectus. Sub animarum uero ordine quarum proprium dicebat mouere ſe ſm ſeipſas: ordinem corporum ponebat: q. ſ. per ſe non moueātur niſi

aīata ſint:ut p ſe moueri accidat corpori nō ex eo ꝙ corpus ſed ꝙ aīatum ſit:q̄ uero carent aīa ab alio moueantur. Supremū tñ corporum.i.primū celū.primo motu rotatū:dicebat motū ab ſuprema aīa participare & ſic deinceps uſq; ad infimum celeſtiū corporum. Sub hiis aūt corporibus poſuere platonici alia corpora imortalia:q̄ apud eos ꝑpetuo aīas participabāt ſcilicet aerea uel etherea quorū corpoꝝ q̄dam dicebant a terrenis corporibus penitus abſoluta q̄ dicebant corpora demonū:quedā uero terrenis corporibus indita:ut corpus quod dicebāt habere aīam noſtrā incorruptibile & inuiſibile cū quo eſt & habitat in corpore iſto terreo quod geſtamus:ſicut nauta in naui eſt. Nō.n.ponebant hoc corpus qđ uidemus immediate participare aīam. Dicebat uero plato hominū ac demonū quoſdā bonos & quoſdā malos eē:ſed celeſtes aīas & intellectus ſeparatos .& deos oēs bonos eſſe firmabat. Igitur plato inter deū ſummū & nos:quattuor reꝝ ordines ſtatuebat uel potius ſomniabat:ſcilicet ſecundoꝝ deoꝝ:intellectuū ſeparatorū: aīarum celeſtiū & demonū:qui ordines uniuerſi angeloꝝ nomīe cenſerentur,ſi uera docuiſſet:quippe & demones in ſcriptura angeli dicuntur:uerū ſathane:ipſe etiā celeſtiū corporum aīe:ſi tñ aīata ſunt: de quo alias inter angelos cōnumerande ſunt:ut in enche. aug.diffiniuit. Ex hac narratione liquet ꝙ ſubſtantiarū immaterialiū multitudinē copioſam ualde plato crediderit. Huius aūt platonice poſitionis radix efficatiā nō habere:manifeſtū eſt. Non.n. eſt neceſſe ut ea q̄ ſeparatim intellectus cōcipit & intelligit: ſeparatim etiā in rerū natura cōſiſtant:ceu intelligimus hoīem nō intellecto colore uel calore aut frigore:qui tñ ſine hiis eſſe nequit. Vñ nec uniuerſalia puta hoīem equū,ceruū:oportet ponere ſeparata extra ſingulares hoīes:equos:aut ceruos:ſubſiſtētia:& ſimiliter nec mathematica preter ſenſibilia:quippe uniuerſalia ſunt eſſentie ipſorum particulariū:& mathemathica quedā ſunt corpoꝝ ſenſibilium terminationes:& ut dicunt accidētia. ¶ Punctū tertium. Et iō nature miraculū ac ſtupor ari. manifeſtiori & exploratiori uia ad ſubſtātias ſeparatas ueſtigandas inceſſit p uiā.ſ.motus: concludens cū oē qđ moueť moueať ab alio & nō eatur in infinitū:ſtandum in uno primo mouente immobili: & in uno primo mobili qđ mouet ſe:& ulterius intendēs cōcludere celeſtis motus eterni

tatem.& cōſequenter infinitatē uirtutis mouentis primi (nihil.n. eterno mouet niſi infinita uirtus)&cōſequēter eius imaterialitatē cū nulla uirtus in magnitudine infinita ſit:unde oportet apud ipſum primū motorē eſſe incorporeū.Item cū in genere mobilium appetibile ſit mouens nō motū:appetens uero & mouēs & motū cōcludit q̈ primū mouens īmobile: ē ſicut bonū quoddā appetibile:& q̈ primū mouens ſeipſum eſt primū mobile:quod mouet per appetitū quo appetit primū mouens.Qui equidē appetitus intellectualis eſt:quippe cū in genere appetibiliū & appetentiū primum eſt qd' eſt ſm intellectū:quia appetitus ſenſitiuus nō pōt attingere ſm ſe bonū.ſeu ſimpliciter & abſolute ,cū tale non cadat ſub apprehenſione ſenſus:uerū ſolius intellectus. Igitur primum mobile & appetens & intelligens eſt.& cōſequenter eſt corp⁹ animatum aīa intellectuali:quia nihil mouetur niſi corpus:cōſequenter aūt oīa celeſtia corpora citra primū erunt animata ,aīa ,ppria, & habentia unūquodq; ſuū appetibile ſeparatū quod eſt proprius finis ſui motus,quia unūquodq; eorū mouetur eterno motu ſicut & primū.Sic igitur ſm opinionē ari.ſunt mulre ſubſtantie ſeparate,nullis penitus unite corporibus,que fines ſunt celeſtiū motuū, ſunt & multe ītellectuales ſubſtantie celeſtibus corporibus unite. Harū aūt numerum ari.inueſtigare conatur ſm numerū celeſtiū motuū: ſeu celeſtiū lationū.Quidam tñ ſectatorū eius: auicena.ſ. harum numerū aſſignat, nō quidē ſm motuū numerū,ſed magis ſm numerū planetaꝝ & alioꝝ ſuperiorū corpoꝝ.i.ſtellati &ſine ſtellis,orbiū:q̈.ſ.multi motus ordinari uideantur ad unius ſtelle motū. Et quēadmodum oīa reliqua celeſtia corpora, ſub uno primo celo cōtinentur,cuius motu oīa alia reuoluūtur: ita quoq; ſub prima ſubſtantia ſeparata,que deus unus eſt:oēs relique ſeparate ſubſtantie ordinētur oportet,& ſic etiā ſub anima primi orbis anime oēs celoꝝ & orbiū ſecundorum. Sub corporibus autē celeſtibus ſm ari.ponuntur animata,ſola corpora animalium, & planarū:non aūt elementoꝝ: ut quidā poſuere.Et ſic nullum corpus animatū inter nos & celū.Ariſt.poſuit:quippe ſm eū nullum elementū aīatum eſt,conſequenter aūt inter nos & deū ſolum duplicē ordinē intellectualium ſubſtantiatum eſſe putauit.aīarum .ſ. celeſtiū celeſtia corpora per appetitum & deſideriū mouētium :&

earum ſubſtantiarũ ſeparatarũ q̃ fines ſunt celeſtium motuum.
¶ Punctũ quartũ. Et quidẽ hec poſitio ariſtotelis platonica certior uidetur:q.ſ.ab his q̃ ſenſui manifeſta ſunt parũ ſecedat: eadẽ tñ minus ſufficientior uidet̃.Et primo quidẽ ꝙ multa ſm ſenſum uideantur:quoꝝ ratio reddi pōt minime ſm ea q̃ ab ari.tradũtur ut patet in hominibus energuminis ſeu arreptis a diabolo:& in operibus magorum:in quibus aliqua fiunt que nō niſi ab intellectuali ſubſtantia fieri poſſunt. Tentauerunt igitur quidã ſectatores ariſto.ut ex epiſtola porphirii ad enebontẽ egiptium uidere licet:ad celeſtiũ conſtellationũ influxus iſta reducere:quod in quibuſdã eoꝝ minime poſſe fieri manifeſtũ ẽ:q̃ nō niſi ab itellectu ꝓficiſci pñt:ut ꝙ idiota arrepti⁹ latine loquat̃:uel de ignotis ſciẽtiis aut diſciplinis uel iuſta uulgare alteri⁹ gẽtis ſibi ĩauditũ:uel ꝙ operibus magoꝝ facte imagines loquant̃ reſpōſa dãtes aut ẽt ſe moueãt:hoꝝ ãt oĩm cauſa ſm platonicos aſſignabit̃ ſi ꝑ demones fieri dicant̃.Et.2.qr congruũ nō uidetur immateriales ſubſtantias ad numerũ corporaliũ ſubſtantiaꝝ coartari:quippe rō finis ex his q̃ ad finẽ ſunt cõueniẽter nō accipitur:ſed ecõtra inferiora ãt ꝓpter ſuperiora eẽ quaſi propter finẽ: nullus dubitat cũ propter nobili⁹ ignobilius ſit.Vnde uirtus & magnitudo ſuperioꝝ non accipitur cõgrue ex inferioꝝ contẽplatione:ut celeſtiũ corpoꝝ magnitudo ac numerus ex elementariũ corpoꝝ diſpoſitione:q̃ ad illa cõparata quaſi ſunt nihil in quibus tot ſunt ſpecies quot ſydera.Numer⁹ aũt uirtus & diſpoſitio ſubſtantiarum immaterialiũ longe magis ſubſtantias corporales excedit q̃ celeſtia corpora reliqua excedãt. Vnde numerus uirtus ac diſpoſitio ĩmaterialiũ ſubſtantiaꝝ: ex celeſtium motuũ uel corpoꝝ numero apprehẽdi pfecte non poteſt. Quod ut euidentius cõſtet ipſum ꝓceſſum ariſtotelice ꝓbationis aſſumamus. Aſſumit.n.primo ꝙ nullus motus eſſe pōt ĩ celo:niſi qui ad alicuius ſtelle delationem ordinatus ſit: quod equidem ſatis probabiliter dictũ eſt:oẽs.n.orbium ſubſtãtie eſſe uident̃ propter aſtra:q̃ inter celeſtia corpora & nobiliora & manifeſtiorẽ effectum habentia ſunt.Aſſumit deinde ꝙ oẽs ſubſtantie ſuperiores ĩpaſſibiles & ĩmaterialesfines ſunt:quippe que optima quedã ſunt quod itidem rationabiliter dictũ eſt:nam bonum habet rationem finis;unde per ſe optima in entibus fines ſint aliorum neceſſe eſt.

Quod uero concludit hunc eſſe numerũ ſubſtantiarum immate-
rialium:qui eſt celeſtium motuum:ex neceſſitate non ſequitur: eſt
enim finis proximus,eſt & finis remotus:nec oportet finem proxi
mum ſupremi celi eſſe ſubſtantiã primam immaterialẽ que deus
eſt op.maxi.uerũ id probabilius eſt:inter deũ & primum orbem
multos eſſe immaterialiũ ſubſtantiarũ ordines:quarum inferior
ad ſuperiorẽ ut ad finem ordinetur: & ad earũ infimam ordinet
proxime primus celeſtis orbis.Oportet.n.rem quãlibet ſuo proxi
mo fini eſſe cõgruentẽ ac proportionatam quoquomodo: unde
propter maximã imo infinitam diſtantiam pͥme imaterialis ſub
ſtantie ad primum orbẽ corporeũ & aliud corpus omne :non eſt
probabile ꝙ primus orbis ordinetur ad primã immaterialem ſub
ſtantiam:ſicut ad proximum finẽ alicuius celeſtium motuum:ſed
ad quãdam intelligentiã creatã:& idem de inferioribus celeſtibꝰ
motibus dici poteſt.Igitur neceſſariũ non eſt nõ eſſe plures ĩma-
teriales ſubſtantias:ꝙ̃ ſit numerus celeſtiũ motuum. Quod ẽt ipſe
ari.preſentiens & preuidens:non induxit hoc quaſi neceſſariũ:ue-
rum quaſi probabile dictum:dicens:tot rationabile eſt ſuſcipere:
neceſſarium.n.dimittatur fortioribus dicere. Nõ enim ſe reputa-
bat idoneũ:qui poſſet in talibus aliquid ex neceſſitate cõcludere.
Poſſet etiam alicui uideri dictum proceſſum ari.ad ſubſtãtias im
mortales aſtruendas inſufficientẽ & incõgruũ eſſe :quippe qui ꝓ-
ceſſit ex ſempiternitate motus:que falſa eſt:cum fidei ueritati repu
gnet:uerũ ſi quis eius rationẽ ſolerter inſpiciat:etiã motus eterni
tate ſublata proceſſus nõ tollitur:quippe ſicut ex motus eternita-
te motoris infinita potentia concluditur:ita idẽ ex motus unifor
mitate concludatur oportet. Motor enim qui ſemper mouere nõ
poteſt: neceſſario. quandoqꝫ tardius:& quãdoqꝫ citius mouet: ſe-
cundum ꝙ paulatim motiua uirtus eius expirat. In motibus
autem celeſtibus omnimodo uniformitas eſt. Vnde utiqꝫ con-
cludi poteſt ꝙ motori primi motus ad ſemper mouendum uir-
tus inſit:& conſequenter idem ſequatur oportet. ¶ Punctum
quartum. Ex dictis facile deprehendi poteſt plato & Ariſtoteles
in quo conſonent,& in quo diffideant quantum attinet ad ſub-
ſtantias immateriales.Cõueniunt.n.primo in modo exiſtendi ip

ſarum. Nā plato oēs immateriales ſubſtantias inferiores citra primam: dixit eſſe unum & bonum participatione primi: quod ꝑm ſe eſt unū & bonum: omne aūt participans aliquid ab eo accipit a quo participat: & q̄tum ad hoc effectus eius eſt: ſicut aer habet lumen participatū a ſole: qui cauſa eſt illuminationis aeree: & conſequenter apud pla. ſummus deus oībus ſubſtantiis immaterialibus cauſa eſt ꝙ earum quelibet & una & bona ſit. Quod etiā ari. ſenſit quippe qui dicit neceſſe eē: ut quod maxime ens eſt: aliis eſſendi cauſa ſit. ¶ Coueninnt. 2. q̄tum ad naturalē ipſarū qualitatē ſeu cōditionem: quippe uterq; has ſubſtantias a materia immunes aſtruxit: non aūt a cōpoſitione actus & potentie. Quicquid enim ens participat ex potentia & actu cōpoſitum ſit oportet: quia quod recipitur ut participatū: actus ſit participantis oportet: & conſequenter cū oēs ſubſtantie preter primā ſint participantes apud plato. oēs ex potentia: & actu eſſe cōpoſitas oportet. Quod itidē dicere apud ari. neceſſe eſt: quippe qui dicit rationem ueri & boni actui cōgruere: unde ꝙ eſt primū uerū & primum bonum actus purus ſit oportet: ab hoc uero que deficiunt permixtionem potentie aliquam habeant oportet. ¶ Coueniunt. 3. in ratione prouidentie. Nā apud plato. ſummo deo: qui id quod eſt ipſum unū & ipſum bonum eſt: ex primeua bonitatis ratione propriū eſt: inferioribus cunctis prouidere: & inferiorū cuiq; inquātum primi boni rōnem participat: prouidere his qui poſt ſe ſunt: non eiuſdē ordinis modo: uerūetiā diuerſoꝝ: & conſequenter primus intellectus ſeparatus: toti ordini ſeparatoꝝ intellectuū prouidet & ſuperior quilibet ſuo inferiori: totuſq; dictus ordo animarū ordini & inferioribus ordinibus prouidet: rurſumq; idē obſeruari putatur in ipſis animabus: ut ſupreme quidē uidelicet celorū: inferioribus animabus ꝓuideant. & toti inferioꝝ corpoꝝ generationi: item ſuperiores aīe demonum. ſ. inferioribus .i. animabus hominū: aſtruebant enim platonici demones inter nos & ſuperiores ſubſtantias eſſe mediatores. Ab hac uero prouidentie ratione: etiam ariſt. non diſcordat ponēs bonum unū ſeparatū: quod oībus prouidet: ſicut unū īperatorem uel regē: ſub quo diuerſi rerum ordines ſunt: ita uidelicet ꝙ rerum ordines ſuperiores perfecte ordinē prouidentie aſſequū

tur:ut in eis defectus ullus minime inueniatur: inferiores uero illum aſſequuntur minus perfecte:unde multis defectibus ſubiacēt quemadmodū in priuata domo liberi qui perfecte aſſequuntur regimen patriſfamilias:deficiunt in paucis aut etiā in nullis: ſeruorum autē actiones in pluribus deficiant oportet:unde in corporibus inferioribus naturalis ordinis defectus:q̄ plures emergūt: in ſuperioribus aūt corporibus.i.celeſtibus minime. Propter quod etiam plato demonū quoſdam bonos:quoſdā uero malos aſtruxit:ſicut & hoīm:deos uero & intellectus & celeſtes aīas omnino abſq; malitia eſſe.Sunt uero alia ī quibus predicti duo philoſophi diſſident.¶ Primo quidē quia ut etiā ſupra dictū eſt:ſupra celeſtes animas duplicē ſubſtantiarū immaterialiū ordinē plato aſtruxit: intellectus.ſ.& deos quos oēs aſſerebat eſſe ſpecies intelligibiles ſeparatas:quarū participatione intellectus intelligūt.Ari.uero uniuerſalia ſeparata nō ponens unū ſolū ordinē rerū ſupra celorū aīas aſtruxit:in quo etiā ordine primū eſſe poſuit ſummū deū: ſicut & plato ſummū deū primū dixit in ordine ſpecierū :quaſi ſummus deus ſit prima idea unius ac boni.Hunc aūt ordinē ari.utrūq; habere aſtruxit:ut ſcilicet & intelligens & intellectū eſſet ſiue ſpecies intellecta :ita uidelicet q̄ ſummus deus intelligeret non ſuperioris alicuius participatione:q̄ perfectio eius eſſet:ſed per ſuā ipſam eſſentiā:& idē dicendum eſſe exiſtimauit in ceteris ſubſtantiis ſeparatis ſub deo ſummo ordinatis:preter id q̄ inq̄tum a primi ſimplicitate deficiunt & eius perfectione ſumma eorū intelligere ſuperiorum participatione perficitur . Sic igitur ſm ari.huiuſmodi ſubſtantie:que ſunt fines celeſtium motuū:ſunt etiā intellectus intelligentes:& intelligibiles ſpecies:nō tn̄ eomodo ſpecies quo plato ſpecies poſuit quas uidelicet exiſtimauit eſſe horum ſenſibiliū naturas ſine materia ſubſiſtentes :ſenſit enim ariſt.q̄ ſint omnino altiores. ¶ Secundo uero quia plato intellectuum ſeparatorū numerum ad numerū celeſtiū motuū nō coartauit: nō .n. ex cā iſta ad eorū poſitionē mouebatur:ſed ipſam rerū naturā ſm ſe cōſiderans.Ariſtoteles uero a ſenſibilibus recedere recuſans:ex ſola motuum conſideratione ad ponendas ſubſtantias ſeparatas deuenit: ideoq; numerum earū celeſtibus motibus coaptauit.¶ Tertio aūt quia ari.inter animas celorū & hoīm medias aīas nō poſuit :ſicut

poſuit plato:unde nec ipſe ari.nec ſectatores ari.de demonib' q̄cq̄ tetigere.Et hec quidē de opinionibus ariſto.& platonis.
¶ Punctū quintū.Quid uero de ſubſtantiis ſeparatis alii phi ſenſerint,dicendū eſt ꝙ eorꝝ qui plato.& ari.ſequuti ſunt:quidam ab eorum poſitionibus declinantes errarunt indeterius circa eiuſmodi:q̄tum ad conditionē ſiue naturā originē & prouidentiā.Et q̄tū ad naturā quidem auicebron in libro fontis uite contra ea q̄ ſuperius demonſtrata ſunt:exiſtimauit oēs ſubſtantias ſub deo ex materia & forma cōpoſitas:deceptus primo ꝙ ſicut in itellectu ex genere & ſpecie res cōpoſitas uidit:exiſtimarit i re itidē eē:deinde uero ꝙ eē ſubiectū & receptiuū eodē modo in oībus dici crediderit.
¶ Quantū ad originē uero errarunt quidā dicentes hmōi ſubſtātias cauſam effectiuā ſui eſſe nō habere: quidā uero alii ꝙ habeāt quidē cauſam:ſed non a primo principio oēs immediate:quidam quoq; exiſtimarunt eas oēs a primo principio immediate quidē habere eſſe:non aūt uiuere & intelligere:ſed hec inferiores a ſuperioribus habere:quidā uero eorꝝ proceſſum immediatū a primo principio ſeruare uolentes.dixerunt eas oēs a deo immediate proceſſiſſe:& iuicē equales qd' ſenſit origenes. Quidā uero circa earꝝ prouidentiā errantes:eis ſingularium rerū cognitionē ſubtraxerūt. Omnes tñ p̄dictos errores manicheorꝝ error lōge tranſcendit:rerꝝ originē non reducentes in unū principiū ſed in principia duo bonorum.ſ.& malorꝝ:&utrūq; corporale:bona.ſ.in lucē infinitā corpoream quidē:ſed tñ uim intellectiuā habentē:& mala in infinitas quaſdā corporeas tenebras: & cōſequenter etiā errantes circa prouidentiā oīa non ſub uno principio ſed ſub cōtrariis ſtatuentes:unde in oībus p̄dictis articulis .ſ.cōditione origine & prouidētia aberrarūt.Et quidē ualde irrationabiliter.Nihil.n.agere poteſt niſi quatenus ens aliquid in actu eſt:quia unūquodq; quale ipſum eſt tale agit alterū:agitur aūt alterꝝ ex hoc ꝙ in actu fit ſiue nunc primo eſt.Nihil igitur uel agit uel agitur:niſi inq̄tum bonum eſt: quippe bonū dicit aliquid ex hoc ꝙ actū & propriā pfectionem conſequitur:malū uero quia his priuatur. Inq̄tum aūt aliquid ē malū intantū ab eo quod eſt pfecte agere uel agi deficiēs eſt:ſicut edificatorem malū dicūt:ꝙ in arte edificatoria deficiens ſit & malam domum aut ſtructurā:ꝙ pfectionē ꝑpriam nō attingat. Pre-

terea & ſi forma corporis intelligendi uirtutem habere poſſit: ut aĩa rationalis:ipſum tamen corpus: hanc hře uirtutẽ omnino ĩpoſſibile ẽ: quippe intellectus nec corpus nec corporis actus eſt: alioquin non eſſet omnium cognitiuus ut in.3. de anima ꝓbauit ari. Si igiť primũ principiũ habet intellectũ: ut ſupra probatũ eſt: & ſentiunt oẽs ſane mentis hoĩes neq; lux corporea neq; corpus aliquod ſit oportet. Et preterea non poteſt eſſe principatus & regimen malũ inq̃tum eſt malũ:qr bonũ habet rationẽ finis:in quẽ.ſ. aliquẽ finẽ oĩs gubernatio tendit:ſm cuius rationem q̃ ſunt ad finem in eũ ordinanť. Omnis igiť gubernatio eſt ſm rationẽ boni: conſequenter aũt nõ poteſt eẽ regimen malũ inq̃tum eſt malum Fruſtra igitur poſuerunt duo predicta regna aut etiam principia. Videtur autem hic error queadmodum & alii predicti preceſſiſſe: ex eo ꝙ ea que circa particulares cauſas conſiderarunt: in uniuerſalem rerum omniũ cauſam transferre conati ſunt:ſicut quia uiderunt cõtrarios particulares effectus:ut calefactionũ & frigefactionum:a contrariis particularibus cauſis effluere:hunc cõtrariorũ a cõtrariis proceſſum putarunt uſq; ad prima rerum principia minime ceſſare :que bonum & malum crediderunt:ſub quibus uidẽtur cotineri contraria omnia:cum eorum ſemper alterum ſit deficiens:ut nigrum & alterum perfectum:ut album. Verum in contrariorum cõſideratione defecere:quippe ſicut habent contrarias cauſas proximas ex eo ꝙ ſpecificis differentiis ſecernũtur:ita communem rationem generis qua conueniunt habeãt oportet. Cauſa autem q̃to communior & ad plura ſe extendens tanto ſuperior eſt. Contraria igitur prima principia non ſunt:uerum potius omnium unam communem cauſam eſſe oportet.

❡ Quid de intelligentiarum natura & numero habeat philoſophia uera: & chriſtiana traditio. Capitulum nonum.

QVia iam eſſe intelligentias:id eſt incorporeas & intellectiuas ſeparatas ſubſtantias monſtrauimus: necnon quid philoſophi multipliciter aberrãtes:de eaꝝ numero & naturali cõditione pſenſerint:nũc iã circa predicta ſm uere phie principia & chriſtiane reli-

gionis documēta:ueritatē edoceam⁹ oportet:& q̄dē multis pūctis

¶ Punctū primū. Quantū ergo ad cōditionē & naturales ꝓprietates attinet: quidā ex crhiſticolis angelos corporeos aſtruxerūt:& ex materia formaq̧ cōpoſitos; quod i primis ſenſiſſe uidet origen. in periarchon quidā uero dixerunt eos quidē incorporeos eē, uerum ex materia formaq̧ cōſtantes. ut auicebron in libro fontis uite. tñ ſm ueram phiam:& incorporei & immateriales ſunt: ut ex his patuit que ſupra capite. 3. &. 4. deduximus. Quod etiā diuine littere & diuinarum litterarū tractatores aſtruxerunt. Quod enim incorporei ſint liquet per illud, quia ſpiritus dicuntur. hebre. 1. oēs ſunt adminiſtratorii ſpūs. & in pſalmo. qui facit angelos ſuos ſpiritus: noīe aūt ſpiritus in diuinis litteris aliquid incorporeum deſignari conſueuit: ſm illud io. 4. ſpūs eſt deus. & iſay. 31. equi eorum caro, & non ſpūs. Ex uerbis etiā diuinarum ſcripturaꝝ id haberi pōt, ꝙ ſint angeli nō incorporei modo: uerū etiam omnino immateriales. Nam eos uirtutes littere diuine appellāt: ſm illud pſalmi. Benedicite dño oēs uirtutes eius. & Luc. 21. uirtutes celoꝝ mouebuntur: quod de ſanctis angelis; doctores oēs exponunt. Nullum aūt materiale uirtus eſt: uerum potius uirtutē habet: ſicut nec eſt eſſentia quam uirtus ſequitur: ſed eſſentiā habet: ceu homo non eſt ſua eſſentia ſiue humanitas, ſed id eſt quod humanitatem habet. Vtrūq̧ etiam eoꝝ. ſ. angelos & incorporeos & immateriales eſſe: tenuiſſe dioniſium. 4. ca. de di. no. patet: ubi eos a materia mundos aſtruit:& in primo ca. cel. hier. ubi eos incorporeos dicit unde frequēter eos dicit celeſtes ītellect⁹: ſeu diuinas mētes, qđ aliquid & incorporeū & īmateriale ſonat: ut. 3. de anima probatur.

¶ Punctū ſecundū. Quantū uero ad originē atinet ſupra omnes a deo factos ſuppoſuimus: ſicut & omnē aliā creaturam q̄q̄ ex philoſophicis demonſtrationibus quibus oīa ab uno eſſe probantur aſtruere potuiſſemus: ex diuo tho. & aliūde niſi mihi eſſet breuitatis cura precipua. Religio aūt chriſtiana firmiſſime docet eos oēs a deo eſſe productos: ut de ſum. tri. & fi. ca. firmiter, unus de⁹ eternus pater & filius &. SS. ſua omnipotēti uirtute ſimul ab initio tēporis: utrāq̧ ſimul de nihilo condidit creaturā ſpiritualē & corporalem angelicam uidelicet & mundanam, ac demum humanam quaſi communem ex corpore & ſpiritu conſtitutam. Quod etiam

diuinis litteris probatur quia in pſal.dicitur. Laudate eum oēs an geli eius:& enumeratis aliis ſubditur:quia ipſe dixit & facta ſunt. Vnde & dio.4.ca.cel.hier.dicit celeſtes ſubſtātias eē primo & mul tipliciter in participatione dei factas.& in.5.ca.de di.no.& expreſ ſius.4.ca.cel.hier.dat intelligere ꝙ a deo immediate oēs ſunt pro ducti:dicens ꝙ ſup omnia bonitas unāquamq; rē conſtituit in or dine qui cōpetit ſue nature.Repugnat uero chriſtiane pietati ſi di catur cū platonicis & peripatheticis:eos a ſūma quidē deitate ori ginem traxiſſe:ſed tñ ab eterno:quippe q̄ dicit eos incepiſſe poſtq̄ aliqñ non fuerant:unde iſay.40.Leuate in excelſum oculos ue ſtros & uidete quis creauit hec.ſ.ſuperiora oia. Et ne id intellige tur de corporibus celeſtibus ſolū:ſubditur. Qui adducit.ſ.ad eſſe de nō eſſe militiā celi.i.ſpiritualiū & celeſtium ſubſtātiarum exer citum quē ſic ſcriptura nominare conſueuit propter ordinē earū & uirtutē in exequendo que deo placuerūt:iuxta illud luc.2. facta eſt cū angelo multitudo militie celeſtis:unde dio.10.ca.de di.no. dicit ꝙ ea que in ſcripturis dicuntur eterna:nō oportet ſimpliciter intelligere coeterna deo:qui eſt ante euū:quia eterna dicit ea q̄ in corruptibilia ſunt:quod de ſubſtantiis ſpiritualibus precipue dictū uidetur.Quando aūt ſint creati ex ſcriptura expreſſe nō habetur: tñ ꝙ poſt corpa nō ſint creati ratio ſuadet.Neq;.n.decuit pfectio ra ſimplicia poſterius creari:unde & in principio geñ.ubi reꝝ crea tio deſcribitur:celū quod dignius ē:terre antefertur:cum dicitur. In pricipio creauit deus celū & terram.Quod etiā ſcripture aucto ritate firmatur.Nam ex illo uerbo iob.38.cum me laudarent aſtra matutina:& iubilarent oēs filii dei.Aug.11.de ci.dei arguit:ꝙ iam erant angeli quando facta ſunt aſtra.i.4. die:nec ſunt inquit facti 3.die:quia quid tunc factū ſit patet:quia.ſ.terra ab aquis diſcreta ē: nec ſecunda qr tunc firmamentū factū eſt:& ſubdit ꝙ ſunt illa lux que diei nomen accepit.Igitur ſm ipſum cū rebus corporeis crea ti ſunt:& ipſius celi nomine ſignātur cū dicitur in principio creaſ ſe deum celum & terram:forma uero eorum perfectioq; lucis pro ductione denotatur:ut idē ſuper geñ.ad lit.aſtruxit.Sed ut dama. 3. libro teſtatur: quidam angelos genitos ante omnem corporee materie creationem aſſeruere:quia ut grego.theologus dixit:deus primum excogitauit angelicas uirtutes:& celeſtes:& eius excogi.

tatio eius opus fuit. Et huic ſententie ipſe dama: cõſentit: & ſequit̃ hieronim⁹ dicti gregorii nazãzeni diſcipulus ſuper epi. ad titum. ſic dicens. Sex milia necdum nostri temporis cõplentur anno ũ & q̃tas prius eternitates q̃ta tempora q̃tas origines ſeculoꝝ fuiſſe arbitrandum eſt: in quibus angeli: troni & dominationes: ceteriq; ordines ſeruierunt deo: abſq; temporꝝ uicibus atq; mẽſuris: & deo iubente ſubſtiterunt. Neutrum aũt ſane doctrine contrarium fore diuus tho. atteſtatur: quippe nimis preſumptuoſum uidetur aſſere re tantos eccleſie doctores a ſana doctrina pietatis deuiaſſe: quod dictum diui tho. uerum ſubintellige pro eo tempore quo illi ita ſcripſere: ex poſt facto tñ ſane fidei illud repugnat: cũ iam eccleſia oppoſitum credat & ſtatuerit. ſ. ſpiritualem. i. angelicam corporalemq; naturam ſimul creatam de ſum. tri. & fide catho. firmiter.

¶ Punctum tertiũ. Quantum aũt ad diſtinctionẽ eorum attinet: q̃tum quidem ad naturalia ſupra dictũ eſt ꝙ oẽs ſpecie differunt: & cõſequenter naturales proprietates habeant differentes oportet ꝙ. ſ. ſpeciem cõſequantur: ſicut alia eſt qualitas propria ignis: calor uidelicet, alia aeris: quia humiditas: alia aque: qr frigiditas: & alia terre. i. ſiccitas: q̃tum uero ad gratuita & uoluntaria dicetur cap. ſe quenti: ꝙ quidam eorũ boni & quidam mali ſunt: licet deus oẽs fecerit bonos: ipſorũ uero quidam ſe ſua uolũtate fecerint malos.

¶ Punctum quartum. Quantum uero ad numerum intelligẽtia rum ſm uerã philoſophiã & chriſtianam pietatẽ ſunt lõge plures q̃ philoſophoꝝ quiſq; potuerit uel ſomniare quidẽ: ut lumine fidei ſuffragante chriſtiani tractatores dixerunt & cũ philoſophice tũ etiam theologice ex diuinis litteris probarunt. Quãobrem anteq̃ id probemus illud notandũ eſt in primis: ut etiã patet ex his q̃ ſuperiore capite dicta ſunt: ꝙ ab intelligentiaꝝ pfecta notione: humana aĩa longe deficiat oportet: quippe que ad intelligentias que ex natura notiſſima quedã ſunt, eo modo ſe habet quo etiã ad lumen & iubar ſolis oculus noctue: q̃ non niſi in obſcuris graditur & uidet: ut. 2. metaphyſice docuit ari. unde ut idẽ in. 11. de animalibus dicit. de eis pauca ualde ſcire poſſumus: q̃q̃ illud quod noſce poſſumus de hmõi: licet pexiguũ & topica tm̃ ratione teneamus piucundũ ſit & petamatũ. Igitur philoſophi de eiuſmodi demõ ſtratiue quidem pene nihil: topice uero ſeu probabiliter patũ enũ

ciarunt:qđ in numero angelorꝝ ſtatuendo eorꝝ diuerſitas arguit. Quidam.n.eorꝝ ut etiā aliqualiter patet ex dictis intelligientiarū numerū ſm numerꝝ motuū celi exiſtimauerūt:ut ari.11.me.qui ēt numerū eiuſmodi motuum ab aſtronomis ſui tēporis exquiſiuit quidē uero ſm numerum ſperarū:ut auice.quidā quoq; ſm numerum ſpecierū ſenſibilium:ut plato.quidam etiā tm̄ unam intelligentiam poſuere:ut anaxagoras ītellectum ſeparātē mixta :& quidam heretici qui unum tm̄ dixerunt eſſe angelū:quē uaria nomina ſortiri putant ſm uarietatē ſuarum actionū:quidā uero eas omnino negarunt nihil incorporeū putantes:ut empe.& democri. ac ceteri philoſophorꝝ naturaliū primorum:& ſaducei iudeorꝝ :quidam poſtremo eas quidē non negarunt:uerum dixerunt eas in numero eſſe nobis incerto:uolentes in ſcripturis angelū intelligi omnem uirtutē qua expletur ordo prouidentie diuine,quaſi nūcium diuine uoluntatis ſiue ſpiritualis ſit ſiue corporea:ut rabby moiſes:adeo ut uim cōcupiſcibilē angelum concupiſcentie uocet:ſubſtantias tn̄ ſeparatas dicit eſſe in eo nūero quo philoſophi dixere

¶ Punctū quintū. Vt uero ſtilum ad p̄cipuos philoſophosdeducamus:ſententiā platonis uolētis ſubſtantias ſeparatas eē rerꝝ ſenſibiliū ſpēs:utpote ſi ponerem⁹ ipām hūanitatē uel equinitatē ſeparatas:ac p hoc intelligētias eē in eo nūero quo & ſenſibiliū ſpecies. Ari.hac rōne dānat & explodit: q̄ de rōne ſenſibiliū ſpecierꝝ mā ſit:unde ipſa humanitas ſi a materia uel hūano corpe ſeparata eſt:iā nō hūanitas ſed natura altior eſt:& ſic de aliis. Sententiā uero ari.nō eē neceſſariā etiam ex dictis ſupra capite quinto planum eſt. In his.n.q̄ ad finem quēpiam ordinantur neceſſitas ex fine ſumatur oportet:nō econtra ut ipſemet.2.phy.docuit:unde ſi in celeſtes ſubſtantias,celeſtes motus eo teſte ordinantur:earum numerus ex motuum illorū numero neceſſario cōcludi non pōt. Dicet n. q̄ ſūt ſubſtātie alie ordinis altioris q̄ ille ſint:que fines ſunt proximi celeſtium motuum:quēadmodum ſi inſtrumenta artificialia ut ſerra & dolabra,propter homines mecanicos ſunt qui eis utuntur:nihil prohibet eſſe & alios homines qui eiuſmodi inſtrumentis non utuntur:ſed his qui utuntur imperitant. Vnde ut ſupra patuit ipſemet Ariſtoteles ſuam rationem non eſſe neceſſariam & uidit & faſſus eſt.

¶ Punctum sextū. Reliquū igitur eſt ut ex uera phia angelos lō-ge plures eſſe q̄ celeſtes motus aſtruamus. ¶ Primo. Nā ſubſtantie intellectuales: ſm ſuum genus tranſcendunt omnē naturā corpo-ream: conſequenter āt in eis gradū & ſuperioritatē accipere opor tet ſm eleuationem earum ſupra corporeā naturā. Sunt aūt quedā ſpirituales ſubſtantie ſupra corpoream naturā ſm naturam ſui ge neris: que tñ corporibus uniuntur ut forme: ut patet ex dictis: & in humanis animabus experimur. Et quia eſſe ſubſtantiarū ītellectua liū ſm ſuū genus a corpe depēdentiā minime habet: ut ſupra oſtē ſum eſt: inuenitur alius eiuſmodi ſubſtantiarum altior gradus: que etſi corporibus ut forme nō uniuntur: ſunt tñ aliquorꝝ determina torum corporꝝ motores: ut de his que celum mouent infra pro-babitur. Similiter aūt natura intellectualis a mouendo nō depen-det quippe mouere ad earꝝ primā ac p̄cipuā operationē. ſ. intelli gere cōſequens eſt: & cōſequenter eſt aliquis ſubſtantiarū intelle-ctualium gradus: in quo nō motores ꝓprii aliquorꝝ corporꝝ ſunt: ſed ſubſtātie motoribus ſuperiores. ¶ Secundo. Sicut per ſuā natu-ralem formā agit quod naturaliter agit: ut ignis: ita ꝙ p intellectū agit per formā ſui intellectus agit: ut in artificibus liquet. Igitur ſicut agens per naturā proportionatū eſt patienti ratione ſue natu ralis forme: ita & agens p intellectum per formā intellectus patiē ti proportionatū eſt: ut uidelicet eiuſmodi ſit forma ītellectiua ꝙ in recipientē materiā p actionem agentis induci poſſit. Igitur ꝓ prios orbium celeſtiū motores: qui per ītellectū mouent (ſi in hoc opinionē ſubſtinere uolumꝰ ari.) tales ītelligētias habeāt oportet q̄ ſint p orbiū motus explicabiles: & q̄ in naturalibus educi & per duci queant. Sed ſupra cōceptiones ītelligibiles eiuſmodi: alie uni uerſaliores ſint oportet: quia intellectus rerum formas uniuerſaliꝰ q̄ earū eſſe ſit in rebus apprehendit: unde & uidemus ſpeculatiui intellectus formā uniuerſaliorē eſſe q̄ practici: & inter artes practi cas uniuerſalior eſt imperantis q̄ exequentis conceptio. Oportet autem ſubſtantiarū intellectualium gradus accipere ſm gradū in-tellectualis operationis ꝓprie quibuſqꝫ. Ergo ſupra intellectuales ſubſtantias proxime orbes mouentes: alias ſuperiores eē oportet. ¶ Tertio. Nā inter ea que naturali ordine diſtant: multos eſt gra-dus medios inuenire: ſicut inter perfecta bruta & plantas: quedā

imperfectiora aialia ſunt:que & cū plantis communicant q̄tū ad fixionem:ut oſtrea & cōchilia:& cū brutis perfectis q̄tum ad ſenſum. Cū ergo deus qui eſt ſubſtantia prima a corpoꝝ natura maxime diſtet:ualde rationabile eſt:ut in rerum ordine multi gradus interiaceāt. ¶ Quarto. Nā deus nō ſolū uniuerſalē reꝝ corporeaꝝ prouidentiam habet::uerum potius ſuam prouidentiam etiam ad res ſingulares etiā minimas extendit:quippe qui tanq̄ prima cauſa efficiens. & mouens in omni efficiente efficit & in omni mouēte ad finem motus mouet: & hoc per intellectum: cū ſit artifex uoluntarius:ut diximus:quod eſt prouidere.ſ.per intellectum in finem dirigere & mouere. In rebus autem ſingularibus prouidentia diuina directis:deus interdū preter ordinem uniuerſalium cauſarum celorum uidelicet & intelligentiarum motricum:quedam operatur,ut dum ſuſcitat mortuos:& morbos īcurabiles curat: & generaliter miracula operatur:uel hoīm mentes celo eminentiores illuminat. Igiť nō ſolū ſubſtantias incorporeas deo deſeruientes in uniuerſalibus nature cauſis ponere oportet:uerūetiam & deſeruientes deo in his que particulariter deus operatur:precipue in mentibus que celeſtibus motibus non ſubduntur.

¶ Punctū ſeptimū. Immo angelici ſpiritus & intelligentie ſiue ſubſtantie incorporee & immateriales ſunt in multitudine maxima & nobis incōprehenſibili:quod & philoſophice & theologice probatur. Et philoſophice quidem. ¶ Primo. Nam deus inter oīa uniuerſi perfectionē maxime intendit in rerum creatione: quippe omne agens ſui effectus totū parte plus diligit. Vnde q̄to pfectiora ſunt aliqua:tanto in exceſſu maiori creata ſunt: ſicut experimur in corporibus incorruptibilibus:que ſimplicia elemēta quattuor & continua & diſcreta q̄titate precellūt:quippe orbes perplures & ſtelle ſine numero ſunt ſpecie & ſubſtantia differentes. Cum igitur intelligentie ſint prima & p̄cipua pars uniuerſi:numero excedunt oēs reꝝ creatarum ſpecies. ¶ Secundo. Etſi.n. indiuidua materialia corruptibilia:p materiā multiplicenť:ſpēs tū reꝝ materialiū:nō p materiā ſed p formā multiplicentur oportet:non.n. hoīem & lupū duas eē ſpēs materia facit:cū eadem poſſibiliter in utraq; ſpē ſit:ut ſi lupus hoīem uel homo lupū comedat. Si autem forme materiales multiplicant ſpēs materialiū:lōge magis forme

immateriales ſpecies immateriales multiplicabunt:quia habent eſſe completius & uniuerſalius q̃ materiales que ad materie capacitatem limitantur. Non ergo ſunt minoris numeri q̃ ſpecies rerum materialium; cuiuſmodi ſunt elementa, mineralia, herbe plante:bruta:piſces:aues:& ſtelle. ¶ Tertio. Magis eſt unumquodq; multiplicabile ſecundum ſuum intellectuale eſſe: q̃ ſecundum materiale:multa enim intellectu capimus que nequeunt eſſe in materia:ex quo contingit ꝙ linee recte & finite cuilibet additio mathematice fieri poteſt:non autem naturaliter:quippe aliqua eſt tam longa linea qua nulla poſſit eſſe maior:ut axis celeſtis: raritas etiam corporum:uelocitas motuum & diuerſitas figurarum: in infinitum intellectuali apprehenſione augeri poteſt:quod tamẽ in natura eſſe nequit. Subſtantie autem quas ſeparatas dicimus ſunt in eſſe intelligibili ſecundum ſuam naturam. Maior igitur multitudo in eis eſſe poteſt q̃ in rebus materialibus penſata utriuſq; generis ratione. In perpetuis autem non differt eſſe & poſſe. Excedit igitur multitudo ſubſtantiarum ſeparatarum materialiũ corporum multitudinem. Theologice quoq; ſic probatur. Nam diuina ſcriptura danie.7.de celeſtibus ſpiritibus dicit. Milia milium miniſtrabant ei:& decies milies centena milia aſſiſtebant ei. Quod non ideo dicitur quaſi hoc numero cõprehendantur apud ſanctos:ſed ut eorum numerus nobis incomprehenſibilis ꝑ hos magnos numeros oſtendatur. Unde dioni.13.capi.cel.hier.& gregorius in glo.dan.numerum illarum ſubſtantiarum atteſtantur omnem naturalem multitudinem excedere. Deinde quanta ſit angelorum multitudo ipſa eorũ cuſtodia oſtẽdit:quippe ut theologi docent & tenet doctorum crhiſtiana traditio:ſolum infimi angeli cuſtodiunt:id eſt de infimoordine:& conſequenter illius ordinis multitudo tanta eſt, quanta ullo tempore in mundo eſt multitudo uiuentium: cum quilibet habeat unum angelum ex communi ſectatorum doctrina. Alii uero ordines quanto ſuperiores tanto copioſiores ſunt. Sicut ego infiniti quodammodo ſunt homines nunc uiuentes ita infiniti ſunt angeli infimi ordinis:ut de aliis & de demonibus taceamus.·.

¶ Aliquas ſubſtantias immateriales poſſe peccare & eſſe malas. Capitulum decimum.

CVm igitur angelos uel intelligentias eſſe lōge plures q̄ philoſophi ſomniarunt oſtēderimus:iā ex his nonnullas eſſe poſſe malas ſequētibus punctis oſtēſuri ſumus. ❡ Primū. Subſtantie intellectuales quas intelligētias uocāt ſūt uolentes neceſſario. ❡ Primo. Ineſt.n.oibus appetit⁹ boni:cū bonū id ſit qđ appetūt oia:ut phi tradūt:q equidē appetit⁹ ī his q̄ ꝑpria cognitiōe carēt nālis dr̄: ea rōe qua dicimus lapidē appetere eē deorſū:in his uero q̄ ſēſitiua cognitiōe potiunť,dr̄ appetitus aīalis:ī cōcupiſcibilē iraſcibilēq; ſciſſus:in ītelligētibus āt appetitus ītellectualis ſeu rōnalis dr̄:qui ē uolūtas. Subſtātie igiť intellectuales create uolūtatē hn̄t. ❡ Scd'o. Q đ p aliud ē:ad id tāq̄ ad prius reduciť qđ p ſe ē:vñ apud phm.8.phy.tex.cō.33.mota ab alio,ī prima reducunť mouētia ſeipſa:ī ſillogiſmis itidē cōcluſiones q̄ ex aliis innoteſcūt:in prima principia p ſe nota reducunť. unt uero in ſubſtātiis creatis nōnulla:q̄ ad operādum ſeipſa nō agūt:aguntť aūt nature ui:ut inaīata plāte: & bruta:neq; n.in eis ē agere & nō agere. Ad alia ergo prima q̄ ſeipa agūt:reductio fiat oportet. Prima aūt in reb⁹ creatis intelligētie ſunt ſeu ſubſtātie ſeparate:ut etiā ſupra oñſum ē. He igiť ſubſtātie ad operandū ſe agāt oportet:qđ uolūtatis ē ꝑpriū:qua ſubſtātia queq; ſuo actui dñatur:utpote in ſe hn̄s qđ agat aut ēt nō agat. Igiť create ītelligētie uolūtatē utiq; hn̄t. ❡ Tertio. Cuiuſlibet opationis principiū forma ē:p quā unūquodq; actu ē. Igiť ſm modū forme modus opationis formā cōſequēs ſit oportet. Igiť forma q̄ nō ē ab ipo agēte p formā,optionē cauſat cuius agēs dn̄s nō ē :ſiqua forma uero ē q̄ ab ipſo ſit qđ p ipſam opať:ēt cōſequētis operis dn̄ium habebit. Forme aūt nāles ex qbus & naturales motus & nāles opationes ſequūť,ab his minime ſunt quoꝝ ſunt forme: ſed totaliter ab extrinſecis agētib⁹:cū p nālem formā unūqđq; eē habeat ī ſua nā:nihil āt ſibi cauſa eſſendi eē pōt. Et ideo q̄ moueanť naturaliter a ſeipſis minīe moueanť:nō.n.ſeipm graue deorſū mouet:ſed qđ ei formā grauitatis dedit gn̄ans. In brutis quoq; forme aut ſēſate aut imaginate q̄ bruta mouēt:abipſis brutis adinuēte nō ſunt ſed recepte ī eis ab exteriorib⁹ ſenſibilib⁹,agētib⁹ ī ſenſū:& diiudicate p extimationē nālē:vñ licet quoquo mō dicanť mouere ſeipſa iq̄tū eoꝝ una ps mouēs ē,alia mota:ipm tn̄ mouere eis ex eis nō ē:ſed parti ex exteriorib⁹ ſenſatis:& parti quoq; a nā :inq̄tū.n. appetit⁹ mouet mēbra dicunť ſeipſa mouere: qđ ſupra inanimata

habēt ac plantas:inq̄tum uero ipſum appetere in eis neceſſario eſt ex formis acceptis ꝑ ſenſum & iudiciū naturalis extimationis nō ſibi ſunt cā ꝙ moueanť:vñ nō hñt actus ſui dñium. Forma uero ītellecta ſeu cōceptio ꝑ quā ſubſtātia ītellectualis operať ab ipſo ē intellectu:utpote ꝑ ipm cōcepta:& quodāmodo excogitata:ut de forma artis liquet:quā artifex & cōcipit & excogitat:& per eā operatur.Ad operandū igiť ſeipſas agūt intelligētie:ut opationis ſue dñium habētes.Habēt igiť uoluntatē.¶Quarto.Actiuū paſſiuo& motiuū mobili ꝓportionatū eſſe oportet.In habētibus aūt cognitionē uis apprehenſiua ad appetitū ſe habet ut motiuū ad mobile nā cōprehenſum ꝑ ſenſum uel imaginationē aut intellectū intellectualem uel aīalem appetitū mouet. Apprehenſio aūt intellectiua nō determinať ad quedā:ſed oīm eſt potius:unde & de intellectu poſſibili dicit phus in.3.de aīa:ꝙ ſit quo eſt oīa fieri.Appetitus igitur intellectualis ſubſtantie:eſt ad oīa ſe habens.Hoc aūt uoluntatis eſt propriū ad oīa ſe habere:ut liquet in.3.ethi. ꝙ poſſibiliū ſit & impoſſibiliū.Igitur ſubſtātie intellectuales:uolūtatem habeant oportet.

¶Punctū ſecundū.Sunt quoqꝫ in agendo arbitrii liberi. ¶Primo.Quod.n.ex arbitrio agant:ex eo uel maxime manifeſtum fit: ꝙ per intellectiuā cognitionē iudiciū de operandis habent:libertatē aūt neceſſe eſt eas habere:ſi habent dominiū ſui actus:ut oſtenſum eſt.Sunt igitur dicte ſubſtantie liberi arbitrii in agendo.¶Secundo.Nā liberū eſt quod ſui cauſa eſt :conſequēter aūt quod nō eſt ſibi cauſa agendi:non eſt liberū in agendo .Quecunqꝫ uero neqꝫ mouentur neqꝫ agunt niſi ab aliis mota: nō ſunt ſibiipſis cauſa agendi.Sola ergo mouentia ſeipſa libertatē in agēdo habent:& hec ſola iudicio agunt:nā mouens ſeipſum diuidiť in mouēs & motum:motus aūt eſt appetitus ab intellectu uel fantaſia aut ſenſu:motus quoqꝫ eſt iudicare.Horum igitur hec ſola libere iudicarit quecunqꝫ in iudicando ſeipſa mouent.Nulla autem potentia iudicans ſeipſam ad iudicandū mouet:niſi ſupra ſuū actū flectať:oportet.n.ſi ſe ad iudicandū agit:ꝙ ſuū iudiciū cognoſcat qđ quidē ſolius ītellectus ē.Sūt igiť aīalia irrationalia quodāmō liberi quidē mot⁹ ſiue actionis:nō aūt liberi iudicii inaīata autē q̄ ſolū ab aliis mouenť:neqꝫ libere actionis aut mot⁹ ſunt: ītellectualia aūt nō ſolū actionis ſed ēt liberi iudicii qđ ē liberū arbitriū ha

bere.

40

bere. ¶ Tertio. Forma apprehēſa eſt principiū mouēs: ea rōne qua apprehēdit ſub rōne boni uel cōueniētis: actio. n. exterior in his q̄ ſeipſa mouēt ꝓcedit ex iudicio quo iudicat᷑ aliqd eē bonū uel cōueniens p dictā formā. Si igit᷑ iudicās ad iudicandū ſeipſum moueat: oportet ꝙ p aliquā altiorē formā apprehēſam ſe moueat ad iudicandū: q̄ quidē eſſe nequit niſi ipſa rō boni uel cōueniētis: per quā de quolibet determinato bono uel cōnenienti iudicat᷑. Illa igit᷑ ſola ſe ad iudicādū mouēt q̄ cōem boni uel cōueniētis rōem apphendūt. Hec aūt ſunt ſola ītellectiua. Sola igit᷑ ītellectualia ſe nō ſolū ad agendū: ſed etiā ad iudicādū mouent. Sola igit᷑ ipſa in iudicādo ſunt libera: quod eſt liberū arbitriū habere. ¶ Quarto. A cōceptione uniuerſali: actio motuſq̄ nō ſequit᷑: niſi particulari apprehēſiione mediāte: eo ꝙ motus & actio erga particularia ſit. Intellectus aūt naturaliter eſt uniuerſaliū apprehēſiuus. Igitur ut ex apprehēſione intellectus ſequat᷑ motus aut actio quelibet: oportet uniuerſalē conceptionem intellectus applicari ad particularia. Sed uniuerſale cōtinet in potētia particularia multa. Pōt igit᷑ applicatio cōceptionis intellectualis fieri ad plura atq̄ diuerſa. Iudicium igit᷑ intellectus de agibilibus ad unū tm̄ determinatū non ē. Habēt igit᷑ oīa intellectualia arbitriū liberū. ¶ Quinto. Iudicii libertate carent aliqua: uel ꝙ nullū habeant iudiciū: ceu cognitiōe carentia: ut lapides ac plante: uel ꝙ hn̄t quidē iudiciū ſed a natura determinatū, ad unū ut bruta: naturali. n. extimatione ouis lupum inimicū iudicat & nociuū: ipm̄q̄ ex hoc iudicio fugit: ſimiliter āt in aliis ē. Quecūq̄ igit᷑ de agēdis iudiciū hn̄t nō a natura ad unū determinatū & fixū neceſſe eſt liberi eē arbitrii: hmōi uero ſunt intellectualia cūcta: intellectus. n. apprehendit nō ſolū hoc uel illud bonū: ſed ipm̄ bonū cōe. Vn̄ cū intellectus p formā apphenſā moueat uoluntatē: in oībus aūt mouēs & motū oportet eē ꝓportionata: uolūtas ſubſtātie ītellectualis nō erit determinata a nā niſi ad bonū cōe. Quicqd igit᷑ ſibi offert᷑ ſub rōe boni: in illud uoluntas inclinari pōt: nulla determinatiōe naturali ꝓhibente in cōtrariū. Oīa igit᷑ ītellectualia liberā uolūtatē habeāt oportet: ex iudicio intellectus uenientē: qđ eſt liberū hr̄e arbitriū: qđ diffinit᷑ liberū de ratione iudiciū. ¶ Punctū tertiū. Poſſunt aūt intelligentie p liberū arbitriū male eē & peccatrices: cōſequēter aūt malos demo-

dam:ita ut huius contrarium uelle non poſſit: non tamen eſt ei naturaliter inditum ut ita perfectionem ſuam in aliũ finem ordinet ꝙ ab eo deficere non poſſit:cũ ſuperior finis ſue nature nõ ſit proprius:uerum ſuperiori nature potius. Relinquitur igiť ſuo arbitrio ꝙ pfectionem ſuã in ſuperiorẽ ordinet finẽ,aut certe nõ ordinet:in hoc enim q̃ uoluntatẽ habent ab his differunt que uoluntate carent:ꝙ habentia eã ſe ſuaq; ordinant in finem:unde & liberi arbitrii eſſe dicuntur:nõ habentia uero ſe minime ordinant in finem:ordinantur uero a ſuperiore agente:quaſi in finẽ acta ab alio nõ a ſe. Potuit igitur pctm̃ incidere in ſeparate ſubſtantie uoluntate:ex eo uel maxime,ꝙ bonum propriũ propriãq; perfectionem in deũ finẽ ultimum nõ ordinauerit :ſed proprio bono inheſit ut fini. Et quia ex fine regulas actionum ſumi oportet neceſſe eſt ut ex ſeipſa in qua finem ſtatuit,alia regulariter diſponeret :nec eius uolũtas a ſuperiore aliquo regularetur:quod ſoli deo congruit.Secundũ hoc uero illud intelligendũ eſt:ꝙ dei equalitatem appetiuerit:nõ equidẽ ut ſuũ bonum diuino bono eſſet equale. Hic enim error eius intellectui non potuit iſidere:& hoc appetendo appeteret ſe nõ eſſe:cũ ſpẽrum diſtinctio ſm gradus uarios rez proueniat. Velle aũt alios regulare & ſuã uoluntatem a ſuperiori non regulari,eſt uelle preeſſe & quodãmodo non ſubiici: quod eſt ſupbie crimen. Vnde cõuenientiſſime diciť: ꝙ primũ demonis pctm̃ ſuperbia fuerit. Verũ quia ex errore uno circa pricipiũ:uarius & multiplex error conſequitur:ideo ex prima inordinatione diabolice uoluntatis multiplex culpa prouenit: & odii ſcilicet ad deum ſe & punientem & reſiſtentem eius ſuperbie: & inuidie ad hominem & eiuſmodi. Illud quoq; conſiderandum eſt:ꝙ cum proprium alicuius bonum ad plura ſuperiora ordinatur: uolenti liberum eſt ab ordine alicuius eorum recedere & ab ordine alterius nõ recedere:ſiue ſuperior ſiue inferior ſit: ſicut miles ſub rege & duce exercitus ordinatus ſuam uoluntatem in bonum ducis & non regis ordinare poteſt :aut econtra: ſi tamen Dux ab ordine receſſerit regio bona militis uoluntas

erit ab ordine ducis recedens,& nō regis:mala uero ſi ducis uo-luntatem contra uoluntatē regiā ſequatur:ordo.n.inferioris principii ab ordine pendet ſuperioris. Subſtantie aūt ſeparate non modo ſub deo ordinanť:uerū etiā a prima ad ultimā uſq; earum una ſub alia ordinatur:cū oēs ſpē differant:ut oſtenſum eſt. Et cōſequenter inuicē differant oportet ſicut nobilior ac perinde ſuperior:& minus nobilis ac per inde inferior. Et quia in quo libet uolente ſub deo pōt eſſe pctm̄ uoluntatis ſi in ſua natura pēſetur:poſſibile fuit ut aliqua de ſuperioribus intelligentiis aut etiā ſuprema inter oēs haberet in uoluntate culpā. Et hoc quidē ſatis probabile eſt: ut earū ſuprema peccaret ut dictum eſt:non n.in ſuo bono prima peccātium quieuiſcet ſicut in fine ſibi ſupremo & ultimo niſi bonum ſuum ualde perfectum extitiſſet. Igitur fieri potuit ,ut de inferioribus alique ſuū bonū ſua uoluntate in ipſam primā ordinarēt, a diuino ordine recedentes: q̄ ſimiliter cū prima peccarūt:alie uero in uolūtatis ſue motu diuinū ordinē ſuātes ab ordine ſupreme peccātis q̄uis nāe ordine ſupioris ſine culpa recederēt. His prelibatis faliter dicta argumēta ſoluunť.

¶ Ad quattuor prima. Non cogimur dicere errorem in angelico intellectu extitiſſe: quaſi aliquid bonū iudicarit quod bonū non ſit:ſed bonū ſuperius ad quod bonū propriū referendum erat nō cōſiderauit,ut debuit:ideoq; peccauit: cuius quidē incōſiderationis occaſio fuiſſe potuit uoluntas in propriū bonū intenſe conuerſa. Eſt enim liberū uoluntati in hoc uel in illud magis uel minus cōuerti. ¶ Ad Quintū. Patet angelum bonū aliquod nō appetiuiſſe, niſi unum & ſibi proprium :in hoc uero fuit eius culpa:quod ſuperius bonum in quod ſponte debuit ordinari:pretermiſit:ſic enim in nobis peccatum ex hoc eſt ꝙ inferiora bona.ſ. corporis abſq; rationis ordine concupimus. Et ita in hoc peccatum fuit in diabolo: ꝙ bonum proprium, non retulit in diuinum. ¶ Ad Sextum. Patet ꝙ etiam uirtutis mediū ,pretermiſit: inq̄tum ſuperiori ordini ſe non ſubiecit: ſicq; ſibi dedit pluſq̄ debuiſſet :deo uero minus q̄ ei deberetur: cui omnia ueluti prime regule debent eſſe ſubiecta. Non eſt ergo ibi pretermiſſum mediū per ſuperabundantiam paſſionis:ſed ſolū per iuſticie inequalitatem, que circa operationes eſt. In ſubſtantiis enim illis

illis operationes eſſe poſſunt :paſſiones uero eſſe non poſſunt.
Ad Septimum. Non oportet ſi in ſuperioribus corporibus error poteſt eſſe nullus aut certe defectus, propterea in eiuſmodi ſubſtantiis culpá eſſe non poſſe: corpora enim & queq ratione carentia ſolum agunt: non uero ſeipſa agunt: unde exire nequeunt a regula primi illa agentis & mouentis: niſi ex hoc q prime regule ſufficienter rectitudiné non excipiunt: quod equidé ex materie indiſpoſitione contingit: propter quod etiá corpora ſuperiora in quibus materie indiſpoſitio locum minime habet, nunq a regule prime rectitudie deficere potuere nec poſſunt. Subſtátie uero immateriales non agũtur tm: uerum ſe ad actus proprios agunt: qd in eis tanto magis eſt q̃to fuerit earum natura perfectior. Quorũ enim eſt perfectior natura: eſt & in agendo uirtus perfectior: unde quin eis culpa dicto modo ieſſe poſſit nõ impedit nature pfectio: ex hoc ſcilicet q ſibiipſis inherent, ſuperioris agentis ordinem minime attendentes.

Intelligentias malas ſeu demones eſſe in naturali ſapientia preſtantiſſimos. Cap. Tertiũdecimum.

q Via igitur aliquas eſſe intelligentias malas in magorum operibus ſuffragantes quas demones appellarũt probatũ eſt: iam nunc ad noſtrũ in hoc primo li. iſtitutum propius accedétes: inueſtigare tétabimus quonam pacto effectuũ quos ſupra ca. 2. cõmemorauim⁹ demones cauſa eſſe poſſint: & cauſa ſint ſcientia, malicia, poteſtate: eoꝝ ſcientiam preſenti capite non nullis punctis reſerare tétaturi: nõ quidé q̃tũ expoſtulat res ipſa: ſed q̃tũ pñs exigit inſtitutũ.
Punctum primum. Subſtantie ſeparate ſeu certe intelligentie uel angelici ſpiritus, ſiue boni ſint ſiue mali. non accipiunt cognitionem a rebus ſenſibilibus: ſeu per ſpecies a rebus acceptas ut accipit genus humanum. Primo. Senſibilia enim ſm ſuã naturam nata ſunt apprehendi per ſenſum ſicut per intellectũ intelligibilia: conſequenter auté omnis ſubſtantia cognitiua ex ſenſibilib⁹ cognitioné capiés ſenſum habeat oportet: & ꝯſequéter organum corporeum: & conſequenter corpus naturaliter unitum. Subſtantie autem ſeparate non habent corpora naturaliter unita

ut ſuperius probatum eſt. Non igitur intellectiuam cognitionem ex rebus ſenſibilibus ſumunt ¶ Secundo. Altioris uirtutis altius obiectum ſit oportet. Virtus uero intellectiua intelligẽtie, uirtute intellectiua anime humane altior ſit neceſſe eſt: quippe cũ humanus intellectus in ordine intellectuum infimus ſit, ut ex premiſſis haberi poteſt. Obiectũ autem humane aĩe aut fantaſma aut non ſine fantaſmate eſt: ut experimur: quod in ordine obiectorum re ſenſibili exteriori ſuperius eſt: ſicut ex ordine uirtutum cognitiuarũ planũ eſt. Obiectum igitur ſubſtantie ſeparate, res extra animã exiſtens eſſe non poteſt: ut immediate ab ea accipiat cognitionem: ſed neq̧ fantaſma, quod eſt propriũ anime noſtre: unde relinquitur ut aliquid ſit fãtaſmate altius: & ꝯſequẽter oportet ꝙ ſit aliquid ſpirituale intelligibile actu: cum nihil ꝑter hoc in ordine obiectoꝝ ſit fantaſmate altius. ¶ Tertio. Secundum ordinẽ intellectuum, intelligibilium ordo ſit oportet. Sed ea que ſunt ſm ſe intelligibilia in ordine intelligibiliũ, his ſuperiora ſũt que intelligibilia nequaq̃ ſunt, niſi nos ea intelligibilia faciamus cuiuſmodi oportet eſſe omnia a ſenſibilibus accepta: quippe ſenſibilia nõ ſunt ĩtelligibilia ſm ſe: q̃ noſter intellect⁹ intelligit. Igĩ intellectus ſubſtantie ſeparate cũ noſtro intellectu ſuperior ſit: nõ intelligit intelligibilia a ſenſibilibus accepta. ſed que ſunt ſm ſe intelligibilia actu. ¶ Quarto. Cuiuſq̧ rei operationis proprie modus proportionaliter modo nature & ſubſtantie eius reſpõdet ut ſigillatim uidere licet ꝙ nobilioris nature ſit modus operandi nobilior, ut animalium & plantaꝝ: unde illa ſentiunt & non iſta. Subſtantia uero ſeparata intellectus eſt per ſe exiſtens non in corpore quouis. Igitur eius intellectualis operatio intelligibilium erit que in corpore nullo fundantur: conſequenter autem eorum erit que a ſenſibus non accipiuntur: quippe talia ſunt in corpore aliquo quoquo modo fundata: ut noſtra in fantaſmatibus ſunt: que ſunt in organis corporeis. Igitur intelligentie cognitionem a ſenſibilibus accipiunt minime. ¶ Quinto. Sicut in rerum ſenſibilium ordine materia prima ultimum & infimum eſt: ac ꝑ hoc in potẽtia tm̃ eſt ad formas ſenſibiles uniuerſas: ita intellect⁹ noſter poſſibilis infimus in ordine intelligibili exiſtens in potentia ad omnia intelligibilia ſit oportet: ſicut tabula in qua nihil eſt

pictum : Sed que in ordine ſenſibilium ſunt ſupra materiam primam : actu habent formam propriam qua conſtituuntur in eſſe ſenſibili. Igitur pari modo intelligentie que in ordine intelligibilium ſunt ſupra, intellectum poſſibilem humanum :actu ſunt in eſſe intelligibili. Intellectus autem a ſenſibilibus notionem accipiens in eſſe intelligibili non eſt actu, ſed potentia. Igitur intelligentie a ſenſibilibus cognitionem non capiunt.

¶ Sexto. Superioris nature perfectio ab inferiori natura non pendet, ut liquet. Perfectio autem ſubſtantie ſeparate in intelligendo eſt:quippe que intellectualis eſt. Igitur eius intelligere a rebus ſenſibilibus non dependet:quaſi ex eis capiat notionem.

¶ Punctum Secundum. Etſi uero angeli aut boni aut mali p ſpecies a rebus ſenſibilibus ſcientiam non accipiunt:non tamen etiam omnia per ſuam ſubſtantiam intelligunt : ſed oportet eoꝝ eſſentie ſpecies aliquas uel idola rerum repreſentatiua ſuperaddere: ut omnia intelligant contenta ſub ente:quod obiectum eſt intellectus eoꝝ. Si.n.oīa per ſuam ſubſtantiā intelligerēt:oporteret omnia in eoꝝ ſubſtantia contineri.i. q̄tum ēt ad ea in quibus ab una intelligētia diſtinguūtur omnia alia:oportet enim intellectū eſſe in intelligente q̄tum ad ea omnia que de eo intelligūtur : ſicut & ſenſata oportet eſſe in ſenſu. unde aīa per intellectum & ſenſum dr̄ fieri oīa.i. intelligibilia & ſenſibilia. Sed p angeli ſubſtātiam nequeunt oīa in angelo eſſe:nā que infra & que ſupra angelum ſunt, in ſubſtantia quidē eius ſunt quodammodo. ſ. q̄tū ad ea in quibus cōicant :non tamen ſunt in ea perfecte .i. ſm propriam rationem :quippe angelica ſubſtantia finita & limitata exiſtens ſecundum propriam rationem ab aliis diſtinguitur:in eſſentia autem dei ſunt omnia perfecte & ſecundum propriam rationem:ſicut in ea operatiua uirtute non limitata ad genus & ſpeciē, a qua eſt quicquid in re eſt tam commune q̄ proprium. Vnde ſolus deus per ſuam eſſentiam habet noticiam propriam de rebus omnibus :non autem intelligentia bona uel mala:conſequenter autem per ſuperadditas ſpecies intelligat oportet.

¶ Punctum Tertiū. Quanto autē ſuperiores nature ordine ſunt angeli ſiue boni ſiue mali tanto p ſuperadditas ſpēs uniuerſalio-

res intelligant oportet. Nă ſolus deus oĩa p̃ unum intelligit: ut oſtenſum eſt. Quanto ergo aliqua nature ordine uni deo omnia uno intelligenti propiora ſunt, tanto magis unite & cõſequenter paucioribus eadẽ intelligant oportet: & cõſequenter ſuperiores angeli quaſi deo uiciniores paucioribus ſpeciebus ea oĩa intelligunt que inferiores pluribus. Cuius rei etiã in nobis exemplũ eſt. Quidam enim adeo rudes ſunt ut ueritatẽ intelligibilẽ non niſi minutatim capiant: aliis eleuatioris ingenii unico principio multas cõcluſiones capientibus. Nec obſtat ſi dicatur q̃ ſm hoc una ſuperioris angeli ſpecies erit propria multoꝝ rõ: que angelus inferior multis ſpeciebus nouit. Dico enim q̃ idẽ eſſe nequit ratio propria multoꝝ adeqnata: eminenter uero ſecus: ut de eſſentia diuina patet: unde ſicut illa propria ratio eſt oĩum: ita una creata ſpecites eſſe poteſt non oĩum quidem, ſed multoꝝ: ſicut etiã in anima humana continetᷣ ratio propria ſenſitiue & uegetatiue.

¶ Punctum Quartum. Ex dictis uero iã pateat q̃ diſtantia localis intelligentiarum cognitionẽ minime impedit. ¶ Primo. Nam localis diſtantia per ſe cõparatᷣ ad ſenſum: nõ uero ad intellectum, niſi per accidens pro quanto notitiam accipit a ſenſu: nã ſenſibilia ad determinatam diſtantiã ſenſum mouẽt: intelligibilia uero actu ſm q̃ intellectũ mouẽt nõ ſunt ĩ loco: quippe que a corporali materia ſeparata ſunt. Cũ igitᷣ intelligẽtie a ſenſibilibus notitiam minime capiant: in eaꝝ cognitione localis diſtantia operatur nihil. ¶ Secundo. Nã humana aĩa ſeparata a corpore in ſua intellectione locali diſtantia non impeditur: non.n. tunc cognoſcit abſtrahendo (ſic.n. determinata diſtãtia exquireretᷣ ut uel ſenſibilia agerent in animã uel ecõtra) ſed ex influ[x]u luminis diuini ſeu ſpecieꝝ ex lumine diuino in eius intellectũ: cum ſenſibus careat: talis aũt cognitio diſtantia locali nõ impeditᷣ. Vnde & diues cognouit abraham in limbo a longe luc 16. A fortiori ergo intelligentie intelligũt ex locali quacũq; diſtãtia. Nec obſtat q̃ aug. dicit in libro de di. demo. q̃ demones propter celeritatẽ mot⁹ aliqua nobis ignota denunciant: qđ equidẽ nihil eſſet dictuꝫ, ſi eorũ notitiã localis diſtantia non impediret. Non obſtat inq̃ quia ſm eam opinionẽ loquitur qua quidã demones habere corpora naturaliter unita putarunt: ſm quã ſenſus quoq; habere potuiſſent &

conſequenter in noſcendo locali diſtantia prepediri : quā equidē opinionem etiā libro eodē recitando tangit, magis q̄ aſſerando ut liquet de ciuitate dei libro .21.

¶ Punctum Quintum. Palam etiā ex dictis eſt : ꝙ operationi intellectuali intelligentiarum tempus nō miſceatur. Nam ſicut intelligibilia actu abſq; loco ſunt .ita abſq; tēpore etiā ſint oportet :nam localē motum tempus conſequit̃:unde ea ſola menſurat que utcunq; in loco ſunt. Et ideo intelligere ſubſtantie ſeparate ſupra tp̄s eſt. Operationi autē intellectuali noſtre tēpus adiaceat oportet:ꝙ ex fantaſmatibus noticiā capiamus que determinatum tempus aſpiciunt. Inde eſt ꝙ in compoſitione ac diuiſione intellectus noſter aut preteritum aut preſens aut futuꝝ tempus ſemper adiungit : intelligendo autem quodquid eſt nequaq̄ : intelligit enim illud abſtrahendo intelligibilia a ſenſibilibus conditionibꝰ unde ſm̄ illam operationē neq; ſub tēpore neq; ſub aliqua rerum ſenſibilium cōditione intelligibile apprehendit. Componit autē aut etiā diuidit applicando prius abſtracta intelligibilia ad res :in qua applicatione tempus cointelligatur oportet.

¶ Punctum Sextum. Ex dictis etiam liquet intellectū intelligētiarum actu ſemper intelligere. ¶ Primo. Q đ enim qñq; in actu quandoq; in potentia eſt, tempore menſuretur oportet: ibi enim ſucceſſio eſt que tempore ſolo diiudicatur:quod numerus omnis motus eſt: nec obeſt ſi ſucceſſio illa cōtinua non ſit : quippe etiā tempus aliquod diſcretum ſit oportet:alioquin ſucceſſiua diſcreta non haberent menſurā. Intellectū autem intelligentie ſupra tempus eſſe probatum eſt. Nō eſt igit̃ quandoq; actu intelligēs: & quandoq; non intelligens. ¶ Secundo. Omnis ſubſtantia uiuens, operationem aliquam uite actu habeat oportet: ex ſua natura que ineſt ei ſemper:licet alie quandoq; inſint illi potentia tm̄: ueluti ſemper nutriunt̃ animalia etſi non ſentiunt ſemper. Subſtantie autem ſeparate ſunt ſubſtantie uiuentes:ut liquet ex dictis: alioquin eſſent ignobiliores nobis & omnibus uiuentibus:nec habent aliā operationē uite preter intelligere :& ſiqua ad intelligere ſequatur :ut uelle ac poſſe. Igitur ſemper actu intelligentes ſint oportet. ¶ Tertio. Nam celeſtia corpora intelligētie p̄ intellectū mouent apud phos. Motus uero ille ſemp̄ cōtinuus eſt. Igitur

intelligentiarum intelligere ſemp actu ſit oportet. Idē uero ſequitur, & ſi dicta corpora mouere nō dicantur: quippe que celeſtibus corporibus altiores ſunt: unde ſi eiuſmodi corporis operatio propria .i. motus cōtinua eſt longe magis ꝯtinua erit ea que intelligentiarum eſt .i. intelligere. ¶ Quarto. Oē quod opatur qñq; : qñq; uero non operatur: aut per ſe aut per accidens moueaṫ neceſſe eſt: unde & ꝙ nos quandoq; intelligamus, qñq; non intelligamus: ex alteratione circa partem ſenſibilē accidit: ut in .8. phy. diciṫ. Subſtantie uero ſeparate nequaq̄ per ſe mouenṫ: quippe q̄ non ſunt corpora: neq; per accidens, quippe que non ſunt unite corporibus. Igitur ſuum intelligere cōtinuum nō autem interciſum ſit oportet. ¶ Punctum Septimū. Similiter quoq; ex dictis liquet angelum aut bonū aut malū nō intelligere diſcurrendo a magis noto ad minus notū. aut ad notū ab ignoto. Nā cum rerum creatarum uniuerſitas graduata ſit ſm inferioritatis ſuperioritatiſq; naturam: nec due ſint rerum ſpecies realiter equales: quod generum differentie pre ſe ferūt: quarum ſemp una reliqua nobilior eſt: ſicut natura infima ad proximā ſibi ſuperiorem ſe habet, ita illa ad aliam uſq; ad ſupremā ſe habeat oportet. Illum itaq; in ſubſtantiis ſpiritualibus gradum & ordinē tenent intelligētie ſiue bone ſint ſiue male: quē in natura corporea celeſtia corpora ſortiuntur. Nam ſicut ille ſupra humanos ſunt intellectus quos infimos in eo genere nouimus: ita hec corpora ſupra corruptibilia ſunt: que itidem in corporeo genere infima ſunt: unde & celeſtes mentes a dio. dicuntur. Diſtāt uero in eo celeſtia & terreſtria corpora: quia hec ſuam ultimam perfectionē motu & mutatione cōquirunt: illa uero ex ipſa ſua natura eam ſtatim nanciſcūtur. Sic ergo & infimi .i. hominum intellectus quodā intellectuális operationis motu ſiue diſcurſu ueritatis cognitionem nanciſcuntur: ut experimur: dum ſcilicet ex uno cognito in aliud cognoſcendum nituntur: qui ſi ſtatim in ipſa notione noti principii concluſiones inde educibiles omnes agnoſcerēt: locum in eis diſcurſus non haberet. Et hoc in angelis ſit oportet: quippe qui in his que naturaliter norūt, quecunq; in eis noſci poſſunt, ſtatim inſpiciunt: quaſi a natura ipſa ſuam perfectionem ſtatim nacti.

Vnde & intellectuales dicuntur: quia etiam apud nos intelligi dicuntur, que ſtatim naturaliter nota ſunt: quo fit ut etiam habitus principiorum que naturaliter ſtatim nouimus, intellect⁹ dicatur: animas uero humanas hoc modo ueritatem non cognoſcentes: ſed diſcurſu quodam non intellectuales ſed rationales dicim⁹ q̄q̄; ex influxu ſuperiorum intellectuum aliquid intellectualis luminis participent in principiorum noticia: ſicut & elementa mundi a celo circularem motum utcunq̧ participant: ut de aere conſequenter & de igne monſtrat ſtella comata: & de mari fluxus refluxuſq̧. ¶ Nec obſtat q̄ angeli unum per aliud norunt: ut boni creaturas per uerbum, & mali per ſuam ſubſtantiam & ſpecies inditas. Neq̧ enim cognoſcere unum in alio uel per aliud: puta ſpeculum & ſimul uiſa in ſpeculo, eſt diſcurrere: ſed cognoſcere unum ignotum ex alio prius noto, hoc diſcurſus eſt. ¶ Nec. 2. obſtat q̄ ſuperior uirtus .i. angelica poſſit omnia que & īferior .i. humana: & conſequenter ſillogizare. Nam ſuperior & inferior uirtus quando eiuſdē ſunt ordinis, poteſt ſuperior quod & inferior: alias nequaq̄ (ſicut hō aſino ſuperior aſinū generare neq̄t) niſi altiori modo: & ſic angeli ſillogizare poſſunt q̄ ſillogiſmū cognoſcant, & in principiis concluſiones & in cauſis effectus, & econtra: non tamen ſic ſillogizant ut ignote rei notitiam ſillogizando ex cauſis in cauſata: uel econtra perquirant. ¶ Non obſtat etiam q̄ apud iſidorum demones per experientiam multa cognoſcant: experimentalis autem notitia diſcurſiua ſit: ut in fine libri poſteriorum patet. Nam in angelis tam malis q̄ bonis experientia per quandam ſimilitudinē dicitur: prout ſcilicet ſenſibilia preſentia norunt: tamen abſq̧ omni diſcurſu.

¶ Punctum Octauum. Sed neq̧ componendo aut diuidendo intelligunt. Nam q̄ noſter intellectus aut diſcurrendo aut ꝯponendo intelligat: ea ex radice manat quia uidelicet ſtatim in prima rei apprehēſe notitia propter ītellectualis luminis debilitatē īſpicere nequit quicquid in ea cōtinet: ſicut n. in ratiocinante intellectu ꝯcluſio principiis, ita in cōponēte & diuidēte p̄dicatū ſubiecto cōparat: & ſicut ſi ſtatī in pirncipio ip̄o intellect⁹ ꝯcluſionem uideret nequaq̄ diſcurreret ut eā uideret: ſimiliter ſi ſtatim in

apprehenſione quiditatis ſubiecti notitiā haberet oīum q̄ poſſunt aſcribi ſubiecto,nō intelligeret cōponendo & diuidendo:uerum ſolū intelligendo quodquid ē. Cū igiť in angelo ſit lumen itellectuale perfectū:adeo ut in rerū naturaliū notitia pficere nequeat ſed ſtatim eā nanciſcať:ut pbatū eſt:neq̧ diuidit,neq̧ componit: q̄q̄ & diuiſiones & cōpoſitiones intelligit,ſicut & ſillogiſmoꝝ diſcurſus :cuius ſignum dixeris ꝙ cū uoces in ſubiecta creatura corporea formant angeli,affirmando & negando loquunť:q̄uis nō affirmando aut negando intelligant. Nec obſtat ꝙ compoſitio aut diuiſio ut in .3. de aīa dr̄:eſt ubi & intellectuum multitudo: ut in intelligentia que p diuerſas ſpecies intelligit & nō oīa ſimul ut dicetur. Dico .n ꝙ non omnis intellectuū multitudo cōpoſitionem cauſat:ſed eoꝝ tantū quoꝝ unum aut alteri attribuiť aut ab altero remouetur:quod in angelo eſt minime:qui rei quiditatem intelligendo oīa ſimul intelligit:q̄ nos aut negando aut cōponendo de ea poſſumus intelligere.

¶ Punctum Nonum

Non pōt autē in intellectu intelligentie ſiue bone ſiue male in ordine ad naturaliter cognoſcibilia error aut falſitas intercidere. Nam huius rei ueritas ex ſuperioribus utcūq̧ dependet. Nā ꝙ nec cōponendo nec diuidendo angelus intelligat ſuperius monſtratum eſt:ſed tātummodo intelligēdo quodquid eſt.Intellectus uero circa quodquid ſemp uerus ē:ſicut & ſenſus circa proprium obiectū ut in 3.de aīa ari. profitetur. Per accidens tn̄ in nobis deceptio intelligendo quodquid eſt contingit: ſm.ſ.rationē alicuiꝰ cōpoſitionis :uel cum unius rei diffinitionē ut rei alterius diffinitionem accipimus:uel cū diffinitionis partes inuicē non coherēt: ſicut ſi pro alicuius rei diffinitione:animal quadrupes uolatile capiatur:nullū enim animal tale ē.Et hoc quidem in cōpoſitis accidit :quorū diffinitio ex diuerſis ſumitur: quoꝝ alterū materiale atq̧ alterū formale eſt. Intelligendo aūt quiditates immateriales non eſt falſitas:ut in 9. met.dr̄:quippe que uel totaliter nō attinguntur,& de eis intelligitur nihil:uel cogoſcunť ut ſunt. Sic igitur in angelico intellectu per ſe falſitas eſſe nequit :per accidēs tamen cotingit alio modo q̄ in nobis. Nos enim quandoq̧ cōponendo & diuidendo ad quiditatis intellectū uenimus: ueluti cum diffinitionē diuidendo demōſtrandoq̧ inueſtigamus:quod equidem

equidem in intelligentiis non contingit:ſed modo alio. Namꝙ rei quod quid eſt res omnes que ad rē attinent norunt:ꝗd' equidem pōt eſſe reſpectu eoꝶ q̄ rei naturaliter aſcribunt' aut ab ea remouent' innoteſcendi principiū:non aūt eoꝶ que a ſupnaturali dei ordinatione dependēt. Angeli igit' ſiue intelligētie bone: recte & ordinate uoluntatis cum ſint:per rei quiditatem de his que rei ſupernaturaliter attinent non iudicantes, niſi ſalua ordinatione diuina, nec in naturalibus nec in ſupernaturalibus rebus fallūtur, ſeu nec per ſe nec per accidens falluntur. At uero demones idest intelligentie male atꝙ damnate per ſuam peruerſam uoluntatem intellectum a diuina ſapientia ſubducentes, de rebus interdum abſolute ſm naturalem conditionem iudicia ferunt: & ī his quidem que rei naturaliter attinent non falluntur: decipiunt' uero interdum poſſibiliter q̄tum ad ea que ſupernaturalia ſunt: ſicut ſi conſiderantes hominem mortuum non reſurrecturum iudicēt & uidentes chriſtum hominem deum eſſe non putent.

¶ Punctum Decimum. Circa immaterialia autem intelligentia ſiue bona ſiue mala tria cognoſcit. ¶ Et primo quidem ſeipſam. Nam & ſi in actione tranſeunte materia ſiue obiectum in quod actus trāſit ab agente ſeparatum ſit: ut calefactū a calefaciente & ab edificante edificatum: in actione tamen que in agente manet: ad hoc ut ab agente actio ꝓcedat obiectum agēti uniat' oportet: ſicut ſenſibile uniri oportet ſenſui ut ſentiat actu: & ita ſe habet obiectum unitum potentie in huiuſmodi actione ſicut forma que eſt actionis principium in agentibus aliis: ſicut enim calor in igne calefactionis eſt formale principiū ita ſpēs rei uiſe (que ē res uiſa in eſſe uiſibili) in oculo eſt uiſionis formale principium. Cōſiderandū uero eſt ꝙ eiuſmodi ſpecies obiecti ī cognitiua uirtute quandoꝙ eſt potentia tantum: & tunc eſt cognoſcens in potentia tantum: & ad hoc ut cognoſcat oportet potentiam reduci in actum ſpeciei. Si autē ſemp eam habeat abſꝙ mutatione uel priore eius receptione nihilominus cognoſcere poteſt. Ex quo inferre liceat: ꝙ moueri ab obiecto de ratione cognoſcentis non eſt inq̄tum cognoſcens eſt: ſed ſolum inq̄tum potentia cognoſcens. Nihil ēt differt ad hoc ut forma ſit actionis principiū an inhereat necne: nam ſpecies que eſt intelligendi principium aliquādo ihe

retiut in nobis: aliquando autem non inheret: ſed ſubſiſtit: ut in deo. Igitur ſiquid in genere intelligibilium ſit forma ſubſiſtens intelligibilis, intelligit quidē: quia immaterialitas intellectiuā uirtutē ꝯfert: ut probatū eſt: & intelligit, quia intelligibilis actu eſt: & a ſeipſo intelligitur, quia ſibiipſi intelligibiliter & obiectiue imo identice preſens eſt. Angelus autē cum ſubſiſtat & immaterialis ſit, forma intelligibilis ſubſiſtens ſit neceſſe eſt: cōſequenter āt & actu intelligibilis: ſe ergo per ſe intelligit. Nec predictis obſtat ꝙ dio. 6. ca. ange. hierer. dicit āgelos ignorare ꝓprias uirtutes: & conſequenter ſubſtantiā propriam. Hoc. n. ſm antiquā tranſlationem dictū eſt: que per nouam in hoc eſt correcta: q̄q̄ & illud uerū ſit: ut. ſ. ignorent angeli ſuas uirtutes ſm ꝙ ab ordine diuine ſapientie proficiſcuntur, que angelis incomprehenſibilis eſt. Nec ſimiliter obſtat ꝙ intellectiua cognitione que ſola angelis adeſt, ſingularia materialia non intelliguntur a nobis. Singularia enim materialia non intelliguntur a nobis nō quia ſingularia, uerum quia materialia potius: unde ſiqua ſingularia immaterialiter ſubſiſtunt ceu angeli: illa nihil prohibet intelligibilia eſſe actu. ¶ Secundo. Circa immaterialia ōis intelligētia intelligit & nouit omnem aliam. Nam ſubſtantie ſeparate intelligunt ea que p ſe ſunt intelligibilia, ut oſtenſum eſt. Per ſe aūt intelligibilia ſunt ſubſtātie ſeparate: immunitas. n. a materia facit aliquid eſſe p ſe itelligibile, ut ex ſuperioribus patet. Igit̄ ſubſtātie ſeparate ſicut obiecta propria ſubſtātias ſeparatas intelligūt: unaqueq;. ſ. ſeipſam & alias unde apud aug. 2 ſup geñ ad lit. que in dei uerbo eternaliter preextiterunt, ab eo fluxere dupliciter: & primo in angelicū intellectum: p hoc ꝙ deus angelice menti rerū quas in naturali eſſe produxit ſimilitudies ifluxit. 2. uero ut in propriis naturis ſubſiſterēt. Hoc aūt quidam ea ratione poſſe fieri dicunt: ꝙ una intelligentia alterius cauſa ſit: prima quidem ſecunde: & ſic deinceps: in omni autem cauſa eſt ſimilitudo effectus & in omni effectu ſimilitudo cauſe. Sed hoc non bñ dicitur. Nā cum intelligentie ſine materia ſubſiſtant, ut probatū eſt: poſſunt ſola creatione produci: creare aūt ſolius dei eſt, ut nunc ſupponimus: unde p̄ter deū nulla intelligentia alterius cauſa eſt: unde una aliā p ſpēs ſupperadditas

nouit:ſicut & ſe per ſe ut dictum eſt. Et ſpecies quidẽ qua unus aliũ nouit ab angelo noto differt cuius eſt ſimilitudo :quia ſpẽs habet eẽ intẽtionale, angelus uero cuiꝰ ẽ ſimilitudo habet eẽ naturale & reale. Nec predictis obſtat primo ꝙ quilibet intellectus angelicus habet in ſe aliquã naturã determinatã:& cõſequenter illa uidetur alterius impedire notionẽ intus apparẽs :iuxta uerbũ ari. in 3. de aĩa. de humano intellectu ſi in ſe aliquã haberet corporeã naturã:aut pupilla aliquẽ colorẽ. Non obſtat inq̃:quippe uerbum phi intelligit̃ de natura que ita cognoſcit̃ ꝙ nõ eſt rõ cognoſcẽdi, ſicut albedo reſpectu uiſus & humanitas reſpectu intellectus, non autẽ de ea que eſt obiectum cognitũ & ratio cognoſcẽdi, ut lux in pupilla & ſimilitudo humanitatis in poſſibili intellectu: talis enim natura uim cognitiuã nõ impedit ſed iuuat. Et talis ẽ angelica ſubſtantia que eſt rõ angelo cognoſcẽdi ſe pfecte, & alia ĩperfecte, unde ſpeciebus ſuperadditis opus eſt. ¶ Non obſtat. 2. dictum libri de cauſis intelligentia ſcit quod eſt ſupra ſe inq̃tũ eſt cauſata ab eo:& quod eſt ſub ſe inq̃tum eſt cauſa eius:unus autẽ angelus alterius cauſa non eſt:cõſequenter aũt uidetur illum nõ cognoſcere. Non obſtat inq̃:quippe ratio cauſe & cauſati ad hoc ꝙ angelus unus aliũ cognoſcat facit nihil, niſi ratiõe ſimilitudĩs in qua cauſa cauſatũqꝫ ꝯmunicãt. unde ſi i angelis ſimilitudo ſine cauſalitate ponatur :in uno cognitio alterius maneat oportet.

¶ Non obſtat tertio ꝙ ſpecies qua angelus angelum nouit, non uidetur innata : quippe ſequeretur ſi deus nouiter angelum crearet, ille a prius creatis intelligi non poſſet: ſed neqꝫ uidetur acquiſita :quia angeli ſuperiores inferiores cognoſcere nõ poſſent a quibus accipiunt nihil. Non obſtat inquam :quia deus uniuerſo quod fiendum inſtituerat proportionatam fecit quãcunqꝫ creaturam : conſequenter uero ſi inſtituiſſet facere plures angelos uel plures rerum naturas, plures ſpecies intelligibiles mentibus angelicis impreſſiſſet :ceu ſi edificator domum maiorem facere uoluiſſet, fundamentum quoqꝫ maius effeciſſet. Vnde eiuſdem rationis eſt :ꝙ deus adderet aliquam creaturam uniuerſo, & angelo ſpeciem aliquã intelligibilẽ. Si ergo deus uniuerſo adderet angelũ :cõſequenter aũt naturam unã ſpecificã, cuilibet

angelo creato adderet ſpeciem: & ſicut nūc intelligunt p inditas tunc intelligerent per inditas & acquiſitam, nō a ſenſu ſed a deo. ¶ Tertio aūt queq͂ intelligentia naturaliter intelligit deū quoquo modo. Nam tribus modis res aliqua cognoſci pōt. Primo p ſue eſſentie in cognoſcente preſentiam: ſicut ſi lux in oculo uideatur quomodo dictum eſt intelligentiam ſeipſam intelligere. 2 per p̄ſentiam ſue ſimilitudinis in potētia cognoſcitiua: ſicut ex hoc ui detur lapis q̄ in oculo lapidis ſimilitudo reſultat. 3. ex hoc q̄ ſimilitudo rei non a reipſa immediate accipitur, ſed ab alia in qua reſultat: ſicut hominem uidemus in ſpeculo. Prime cognitioni aſſimilatur diuina: qua deū per eius eſſentiam uidemus: quod naturaliter creatura nō pōt, ut nunc ſupponitur: tertie uero ea qua deū p creaturas cognoſcimus. i. dei ſimilitudinem in creatura reſultantem: ſm̄ illud ro. I. inuiſibilia dei &c. Vnde deū uidere dicimus in ſpeculo: cognitio aūt qua deum angelus p ſua naturalia uidet, inter predictas mediat: & ſimilaṫ illi qua res per ſpeciē ab ea captā cernitur: quia enim in ipſa angelica natura impreſſa eſt imago diuina, per ſuā eſſentiā deū angelus nouit inq̄tum dei ſimilitudo ē: ſicut ſi nummus imaginē ceſaris tenens ſe intelligeret ceſarē intelligeret. Nec tñ angelus dei eſſentiā uidet: quippe quam nulla creata ſimilitudo ſufficit exprimere: ut ſuppono.

¶ Punctum Vndecimum. Quid uero circa naturalia intelligat bonus aut etiam malus angelus dico q̄ multa. Et quidē primo naturalium rerum ſpecies uniuerſas cognoſcit. ¶ Primo. Nam cū naturali perfectione intellectus eorꝫ ſtatim a ſue ꝯditionis exordio pfectus ſit: utpote ſtatim totus in actu exiſtēs: nec inſtar nr̄i paulatim ſuā pfectionē colligēs (ut mōſtratū eſt) ſuū obiectum. i. ens intelligibile uniuerſaliter ꝯprehendat oportet: alioquin ſiqd ſub ente contentū nō attingeret: q̄tum ad illud attineret in potētia eſſet & nō in actu. Sub ente uero ītelligibili ēt reꝝ corporeaꝝ oīum nature & ſpēs cōtineṅ: ſunt. n. uera & uere entia. Eas igiṫ oēs ſubſtātie ſeparate cognoſcūt. ¶ Scd̄o. Nam cū reꝝ ſpecies ſicut ſpēs numeroꝝ diſtiguanṫ ex. 8. met. & patet: quia ordine quodam ꝯſiſtunt nec due ſunt equales (ut probatū eſt) oportet utcūq͂ in ſuperiori ſpē quod īferioris eſt cōtineri: ceu numerus maior cōtines minorē. Cum igitur ſupra ſubſtantias corporeas oēs ſint

ſubſtantie ſeparate:quecūq; in ſubſtantiis corporeis ſunt per modum materialē in ſeparatis ſint oportet p modum intelligibilē: quod.n.in aliquo eſt,per modū eius in eo eſt. Intelligunt igitur angeli tam boni q̄ mali oēs materialium rerū ſpecies & quecūq; eis inſunt ¶ Tertio. Si ſubſtantie ſeparate celeſtia corpora mouēt: ut phi poſuere,omne ex celeſti corpore pullulās & emergens,ipſis quidē corporibus ſicut inſtrumentis aſcribitur (mouent.n.mota)ipſis autem intelligentiis ſicut principalibus agentib⁹ attribuatur oportet :mouent.n.celos. Cauſant uero omne tale per celos eo modo quo artifex ſuum opus per ſua inſtrumenta,per intellectum ſcilicet:agunt.n.& mouent per intellectum & uoluntatē:cū in eis alie non ſubſint uires. Intelligunt ergo omnia que uel generantur uel etiā corrumpuntur. Nec obſtat ſique intelligentie celos immediate non mouent: quia cū motrices ſint de infimis: deputantur.n. corporib⁹ adminiſtrandis:mouentiū actio ab aliis ſuperioribus pēdet:ſunt.n.oēs ſubinuicē poſite:ut monſtratū eſt. Si uero generabilia quaſi proprios effect⁹ corruptibiliaq; cognoſcunt :longe magis ipſas celeſtium corporum ſpecies acſi inſtrumenta propria norūt. Nec obſtat q̄ res materiales ex hoc uidebuntur perfectiones eſſe immaterialiū:intellectum.n. perfectio ē intelligentis. Non obſtat inq̄:quippe res intellecta intelligentis perfectio non eſt niſi ſimilitudinis ſue gratia quam in intellectu habet.non enim qui extra animam eſt lapis intellectūnoſtrū perficit :ſed lapidis ſimilitudo :que noſtro intellectui inſidet. Similitudo ergo rei materialis in angelico intellectu exiſtens, forma & perfectio eius eſt:& hoc non abſurdum ſed uerum eſt.

¶ Secundo uero intelligentie tam bone q̄ male non ſpecies modo omnes corporee nature norunt:uerum etiam & ſingularia cūcta. Quia enim rerum ſimilitudines in earum intellectibus uniuerſaliores & efficaciores ſunt ad rerum noticiam q̄ in noſtro :per eas res naturales non modo ſm rationē generis uel ſpeciei norunt:ut noſter intellectus :uerum etiam ſm indiuidua.

¶ Primo. Cum.n.rerum ſpecies in intellectu exiſtentes immateriales ſint oporteat : ſecundum q̄ in noſtro intellectu ſunt, cognoſcendi ſingularia per materiā indiuiduata nequeūt eſſe principium : ſunt enim uirtutis adeo contracte & coartate :ut una in

tinius ſolum notitiam ducat :unde quemadmodū generice natu re ſimilitudo in cognitionem generis ac differentie ducere non poſſet,ut.ſ per animalis ſpeciē etiam rōnale nouerimus ut per eā ſpecies noſcatur :ita quoq; ſpecifice nature ſimilitudo in notitiā principiorum ſpeciei & indiuiduātium que ſunt principia materialia ducere non poteſt:ut per eā indiuiduum in ſua ſingularitate noſcatur,immo ex abſtractione ab his cauſatur: unde in ea ducere nequit. Similitudo uero in intellectu ſubſtantie ſeparate:cū ſit uirtutis uniuerſalis una & immaterialis exiſtens:in principiorum ſpeciei notitiam & indiuiduantiū ducere pōt:adeo ut per eam intelligentia nō generis modo & ſpeciei naturā poſſit ſuo intellectu cōprehendere:uerumetiā & indiuiduorum oīum:conſequenter aūt nec infinitorum indiuiduorū habet ſpecies infinitas : eiuſmodi .n.ſpecies nō eſt ab indiuiduis abſtracta:unde ſicut affirmatio affirmationis ita negatio negationis eſt cauſa: & ſicut abſtractio in nobis ſingularium ignorantiā ponit,ita in angelis nō abſtractio tollit. ¶ Secundo. Nam intelligibiles rerum ſpecies, & ad noſtrum & ad angelicū intellectum ordine contrario ueniunt quippe ad noſtrū per uiam reſolutionis .i.abſtractionis a cōditionibus materialibus indiuiduantibus ueniunt:unde per eas ſingularia a nobis nequeunt cognoſci:ad angelicū autem ueniunt quaſi per uiā cognitionis :habet n.ſpecies ex aſſimilatione ſui ad primam intelligibilem ſpeciem diuini intellectus,que a rebus equidem abſtracta nequaq̄ ſit oportet:uerum potius rerū factiua eſt:factiua inq̄ non modo quo ad formā :uerū etiam q̄tum ad materiā indiuiduandi principiū. Species igitur intellectus angelici etiā indiuiduandi principia reſpiciunt:unde ſingularia cognoſcit :q̄q̄ ea noſter non cognoſcat. ¶ Tertio. Quod inferior uirtus potēt & ſuperior utiq; poſſit neceſſe eſt: q̄q̄ altiori modo ſi altioris & alterius ordinis ſit:quo fit ut uirtus inferior plerumq; per plura q̄ ſuperior operetur : & q̄to inferior, per plura per pauciora uero q̄to ſuperior:unde una uirtus ſenſus communis apprehendit oīa que quinq; exteriores ſenſus apprehendunt. Anima autē humana ſubſtantia qualibet ſeparata nature ordine inferior eſt:& ipſa per duo principia intellectum uidelicet & ſenſum & uniuerſalia & ſingularia nouit. Eodem ergo modo hec omnis intel-

ligentia nouit, uel altiori ideſt potentia una cognitiua quam ſolam habet. ¶ Quarto. Si a ſpiritibus ſeparatis apud philoſophos mouentur celeſtia corpora: & per intellectum ac uoluntatē agunt & mouent (ꝙ uires alias non obtineant) mobile a ſe motum cognſcāt oportet: quod ſingulare quoddam ſit oportet, ſi mouetur: ſitus etiam per motum renouati ſingularia quedam ſunt: nec ignorari ab ea ſubſtātia poſſunt, que per intellectum ad hos mouet, & multo minus a ſuperioribus: que etiam celeſti motu producuntur ſingularia corruptibilia norunt illi motores, cū ut artifices ea producant. Singularia ergo horum materialium norunt intelligentie: ſiue bone ſiue male ſint. ¶ Non cognoſcunt uero intelligentie in ſpiritualibus uel corporalibus primo quidem futura in ſeipſis ideſt ut aliquando erunt in ſuis exiſtentiis. Nam angeli in ſuis cauſis futura longe acutius q̄ nos poſſunt agnoſcere: & certe ſi ex eis neceſſario emergant, ut craſtinus ortus ſolis: ꝯiecturaliter uero que ut in pluribus, nullo uero modo que raro eueniunt. In ſeipſis uero futura nouiſſe dei ſolius eſt: non ſolum que neceſſario uel in pluribus ſed etiam que caſualiter & raro emergunt. Nam in ſua eternitate que toti tempori adeſt, illudq̧ concludit, deus omnia uidet ſemper eodē mō: alioquin ſi futuro in eſſe poſito nouo modo illud uideret ſua uiſio non eſſet tota eterna: ſed creſceret: quilibet autem intellectus creatus ab iſta eternitate deficit: & conſequenter ab huiuſmodi cognitione que eternitatem conſequitur: quia q̄d ſub tempore eſt (ut aliquo modo omne euiternum in quo ſucceſſio aliqua ſit oportet: ut probabo pene ſtatim) non poteſt habere preſentia omnia que toto tempore fiunt. Vnde diuinitatis inſigne eſt noſce futura. iſaye. 12. Annunciate que uentura ſunt in futurum: & ſciemus quia dii eſtis uos. ¶ Nec obſtat ꝙ intellectus angeli eſt ſupra tempus: cuius differentie ſunt preſens & futurum: & parificatur intelligentia eternitati ideſt euo: ut dicitur in libro de cauſis. Dico enim ꝙ intellectus angeli & ſi eſt ſupra tempus phyſicum continuum quo motus corporales metimur: non tamen ſupra ſed infra diſcretum eſt, quo ſucceſſio intellectionum & uolitionum angelicarum menſurantur:

non.n.intelligunt angeli oīa ſimul:ut probabitur:de quo tempo re aug.8.ſuper geñ.ad lit. deus inquit creaturā ſpiritualē mouet p tempus. ¶ Non obſtat.2.ꝙ angelus per ſpecies uniuerſales & a rebus non acceptas intelligat :que equaliter ad preſens & futuꝶ protenduntur. Dico enim ꝙ licet de ſe equaliter ad preterita preſentia & futura ſe habeant:econtra tñ iſta ad illas nō eodē modo ſe habent:nam pſentia quidē naturam habent qua ſpeciebus intellectus angelici ſimilentur,& per eam noſci poſſint :preterita uero eam aliqñ habuere ſed futura nunꝗ. Vnde per eas agnoſci neque unt niſi ponantur in eſſe:& cōſequenter actu ſimilentur. ¶ Non obſtat 3. ꝙ ſicut ſm locum ita & ſm tempus dr aliquid diſtans: nec intellectionē angelicam impedit diſtātia prima, & conſequēter nec ſecunda. Dico enim ꝙ non eſt ſimile de utraꝗ diſtantia: quippe que loco diſtant in rerum natura ſunt, & ſpeciem aliquam pticipāt cuius ſimilitudo in angelo eſt:quod de diſtātibus tēpore.i. futuris uerū non eſt. Non cognoſcunt etiam cordium cogitationes angelice ille mentes.i.uolitiones & intellectiōes ut ſunt uoluntarie:quia naturaliter oīa per ſubſtantiā ſuam aut ſpēs inditas norunt:quibus cogitationes a uoluntate depēdentes non colligantur ſicut cauſis colligantur effectus: ſed ſoli deo ut cauſe ſubiiciunť & uoluntati: hoc tñ intellige ſm aug. in lib. de diui. demo. niſi cogitationes in corpore ſigna relinquant: quia iam talia colligationem habēt ad ſpecies angelici intellectus mouentis oīa corpora. Pauce uero (meo iudicio) ſunt cogitationes ſpiritibus malis occulte:propter ingenii angelici ſagacitatē. Quin etiam cauendum eſt ne quis intimis ſuis cogitationib⁹ fidat:quaſi neſciat perfidus hoſtis, quid homo intendat: interdum. n. ipſe cogitatus ſuggerit:& inde eos ſaltē cōiecturaliter & probabiliter nouit, Nec obſtat ꝙ angelus ſpecies intelligibiles anime uel alterius norit quoꝶ nouit ſubſtantiā & accidentia:quia non ſequiť ꝙ norit quomodo angelus uel aīa ſpeciebus intelligibilib⁹ uolūtate utatur:immo licet angeli cognoſcant actum appetitus brutalis qui nō eſt liber,ſed alterius cauſe corporalis uel ſpiritualis impreſſionem ſequitur quam angelus nouit:non tamen ſequitur ꝙ nouerit motus appetitus ſenſitiui hominis, & apprehenſionem fantaſticam, ſecundum ꝙ a ratione & uoluntate mouetur: quia etiam

etiam inferior pars anime quoquomodo ratione participat, ſicut obediens imperanti: primo eth. Nec tamen ſequitur ꝙ ſi angelus id quod in fantaſia uel appetitu ſenſitiuo hominis eſt nouit, id noſcat quod in cogitatione aut uoluntate eſt: quia uoluntas & ratio appetitui ſenſitiuo & fantaſie non ſubiacent: ſed eis diuerſimode uti poſſunt. ¶ Punctum Duodecimum. Cognoſcit uero intellectus angelicus ſimul omnia, que una ſpecie cognoſcit: non autem que pluribus. Sicut enim unitas termini ad unitatem motus, ita unitas obiecti ad unitatem operationis requiritur: una ergo operatione multa & ſenſu & intellectu noſcũtur aliquando: quia aliqua ut unum & ut plura accipi poſſunt: ut partes continui: que plures ſunt ſi quelibet ſeorſum capiatur, nec ſimul nec una operatione aut ſenſu aut intellectu noſcuntur: ſed ſi capiantur ut ſunt unum in toto, unum ſunt & una operatione ſenſu & intellectu noſcuntur: ut patet in tertio de anima. Sic etiam intellectus noſter ſimul ſubiectum predicatumq; cognoſcit, ut partes ſunt unius propoſitionis: & duo comparata ut in comparatione una conueniunt. Igitur multa ut diſtincta non poſſunt ſimul itelligi: ſed ut in intelligibili uno uniunt, ſimul intelligũtur. Vnumquodq; autem actu intelligibile eſt, ſm ꝙ eius ſpecies in intellectu eſt: conſequenter autem quecũq; per unam ſpeciem intelligibilem cognoſci poſſunt, ut unum intelligibile cognoſci poſſunt, & conſequenter ſimul cognoſci: que uero noſcuntur per ſpecies diuerſas, ut diuerſa intelligibilia noſcuntur: nec ſimul noſcuntur. Angeli ergo boni q̃tum ad notitiam habitam in uerbo diuino, ſimul norunt quecunq; norunt: quia una ſpecie ideſt diuina eſſentia norunt: q̃tum ad notitiam uero qua boni aut mali res per innatas ſpecies norunt, ea ſimul intelligunt que una ſpecie norunt: ut ſaltem unam ſpecialiſſimam ſpeciem cum ſuis indiuiduis, aut etiam ſubalternam, aut genus: prout ſpeciebus altioribus intelligunt. Ex his liquet ꝙ demon quicunq; etiam minimus nouit omnia que dicam cum ſuis uirib⁹ & proprietatibus primo omnia elementa. ſecundo omnia metalla. tertio omnes lapides. quarto omnes herbas. quinto omnes plantas. ſexto omnia reptilia & animalia terre. ſeptimo omnes aues. octauo omnes piſces. nono omnes Orbes & motus celorum. decimo omnes &

ſingulas ſtellas & conſtellationes & aſpectus celeſtes ac influxus: ultimo omnes ſubſtantias immateriales, & ut dictum eſt omnium horum uirtutes.

¶ Demones naturali uirtute eſſe potentiſſimos. Ca. 14.

In ſubſtãtia ſprituali tres tantum eſſe potentias notum eſt: intellectum uoluntatẽ & uirtutem: que tamen a uoluntate minime ſecernitur re ipſa: ſed ratione tantummodo. Et de uoluntate quidem eorum ibi actum eſt ubi & probatũ ꝙ ſint alique intelligentie male: de eoꝝ uero intellectu capitulo priore. Quantum autem ſe eorum extendat naturalis uirtus ſeu poteſtas niſi a deo comprimat: paucis pũctis eluceat. ¶ Punctũ Primũ. Angelus et bonus et malus poteſt moueri ex loco in locũ: licet equiuoce nobiſcũ aut corpori Angelus eni in loco eſſe poteſt: ut experientia docuit de bonis: qui in aliquibus corporibus aſſumptis apparuere: ut patebit: et de malis, qui aliquãdo humana corpora obſident: & preterea ipſi philoſophi intelligentias ponunt in orbibus celeſtibus ab eis motis: alioquin ea nõ mouerent: cum mouens & motum oporteat eſſe ſimul. 7. phy. Non tamen eſt Angelus in loco eo modo quo corpus. ſ. ſua quantitate molis replẽdo ſpatiũ loci quia hanc intelligẽtia non habet: ſed aliomodo. i. ſua quantitate uirtutis quo ſpiritualia corporalia tangunt: ſicut uerbum ferens conceptum mentis tangit cor: aut dolore aut gaudio afficiẽs: immo & corporalia diſtantia: ſicut luna lunatici caput ſua uirtute contingit. Vnde Angelum eſſe in loco eſt contactu uirtutis attingere locum, uel mouendo, uel ornando, uel preſidendo: quomodo etiam littere diuine in celo eſſe angelos aſſerunt. Quod autem eſt in loco niſi ſit infinitum attingens omnem locum, cuiuſmodi non eſt intelligentia creata (ut ſupponitur) niſi etiam ſit loco determinato alligatum a natura, ut forte motores celorũ determinate parti: uel etiam a uiolẽtia, ut aliqui demones a deo ligati ſunt in ĩferno: uel a ſuperioribus ſpiritibus etiã malis ĩ ãpullis uel anulis & eiuſmodi. Quod ĩquã ſic eſt ĩ loco, neceſſario põt moueri ĩ loco: quia ſi ĩ loco eſt aliquo quia ibi operatur, ſi deſinit opari ibi, & ĩ alio loco operetur, neceſſario ĩ

alio loco erit:ut angelus qui erat ſodome dum illam euertebat, ſi deinde euertiſſet niniuem ab uno loco ad alium trāſiuiſſet:quod eſt localiter moueri. Vnde angelum eē in loco eſt operari in loco moueri aūt localiter eſt ſucceſſiue operari in diuerſis locis:quod ē equiuoce moueri localiter nobiſcum & corpori. ❡ Punctum ſecundum. Poteſt autem in ſuo locali motu angelus tranſire ꝑ medium, & ab extremo in extremum ſine medio. Nam in motu locali angeli.i.in ſucceſſione operationum eius uel contactuum ſpiritualium ad loca diuerſa, cōtinuitas adeſſe poteſt & ēt abeſſe. Adeſſe quidem:nihil enim prohibet angelo aſſignare locum diuiſibilem per contactum indiuiſibilis ſue uirtutis:ſicut deus īdiuiſibilis totum mundum tangit, & anima totum corpus quod uegetat:ſicut etiam corpori aſſignatur locus diuiſibilis ratione ſue magnitudinis. Vnde ſicut corpus ſucceſſiue & nō ſimul locum prius a ſe occupatum deſerit, conſequenter uero exinde in locali motu eius continuitas cauſatur & adeſt:ita etiam intelligētia ſucceſſiue locum diuiſibilem aſſignatum deſerere poteſt:& ſic cōtinuus motus eius erit. Poteſt etiam continuitas abeſſe:poteſt enim locum etiam diuiſibilem ſimul totum deſerere, & toti alteri loco ſimul ſe per cōtactū applicare:quia ſua operatio ex parte operātis īdiuiſibilis cū ſit ſicut & oīs intellectio ac uolitio, ſimul tota īcipit & ſimul tota deſinit. Quecunqꝫ uero ari. de motu dicit in libris phīe naturalis ſunt dicta de motu corporum: utpote ꝙ mobile eſt diuiſibile, & dum mouetur partim eſt in termino a quo & partim in termino ad quem: q̄q̄ & hoc ſecundum in motu angelico continuo admitti poteſt: modo partialitas non ad ſubſtantiam angeli aut eius uirtutem uel operationem in ſe referatur: ſed ad obiectum ſeu locum occupatum, & ad operationem conſequenter ex parte obiecti non in ſe uel ex parte angeli. Si igitur continuus ſit motus angelicus, neceſſario angelus ab extremo in extremum motus medium tranſit: medium enim ut.6.phy.liquet, eſt in quod prius uenit quod continue mutatur:ordo enim prioris & poſterioris in motu continuo, eſt ſecundum ordinem prioris & poſterioris in magnitudinē: ut phy.8.liquet. Si uero motus angeli continuus non ſit, poteſt ab extremo in extremum tranſire medio non tranſito.

¶ Nam angelum ſic ab extremo in extremum tranſire, eſt illum operari prius in uno extremo poſtea in alio: hoc autẽ facere poteſt abſq; hoc ꝙ operetur in medio: quia cum libere operetur (ut probatum eſt) deſerto uno loco poterit alteri ad libitum applicari: unde ſi nunc in oriente operetur, & ſtatim poſt in occidente, erit pene ſubito ex illo ad illum locum ſine medio motus. Immo impoſſibile eſt in motu diſcreto quin omittat medium: ut diuus tho. demonſtrat. 1. q. 53. ar. 2. ſed bona ratione pertranſeo. Ex his uero patet ꝙ angelus a loco maxime diſtanti ad alium maxime diſtantem, uelociſſime poteſt moueri: immo eque uelociter ad diſtantem ut ad propinquũ: cum eius moueri ſit eius operari ubi autem ceſſat operari alicubi, poteſt ad libitum alibi operari: cum ipſe de ſe non ſit in loco, & conſequenter equaliter omni loco ſit propinquus ubi deſinit alicubi operari. Infinita ſubtiliſſima de re hac dici potuiſſent: ſed ſicco pede tranſeo: quia ad noſtrum inſtitutum non ſunt neceſſaria.

¶ Punctum Tertium. Etſi angelus bonus uel malus localiter moueri nõ põt: poteſt tñ corpoream materiã pro ſuo uoto mutare formaliter. i. de forma in formam, ſine medio agente corporeo Nam illud in primis ſciendum eſt platonicos exiſtimaſſe materiales formas: ut aſini, bouis, lapidis, & eiuſmodi ex immaterialibus formis cauſari: quippe q materiales formas participationes quaſdam exiſtimarũt immaterialium formarum: quos q̃tum ad aliquid auice. ſequutus poſuit omnes formas que in materia ſunt, a conceptione procedere intelligentie, & agentia corporalia ſolũ ad formas diſponere. Qui in hoc uidentur aberraſſe: ꝙ formam quaſi aliquid per ſe factum putarunt: ut ſic ab aliquo formali principio quaſi a ſibi ſimili procederet. Verum ut in ſeptimo meta. probauit ari. compoſitum eſt quod proprie fit: ſicut & compoſitũ eſt quod proprie eſt, quaſi ſubſiſtens: forma autem nõ eſt ꝓprie: nec ens dicit quaſi ipſa ſit uel exiſtat, ſed quaſi id quo aliquid ẽ: conſequenter autem nec ipſa proprie fit: proprie enim id fit, qđ quando factum eſt proprie eſt: cum fieri ſit uia ad eſſe: ſicut proprie mouetur ad terminum quod proprie illum attingit. Cum igitur factum ſit ſimile facienti (agit enim ſibi ſimile agẽs omne) id quod res naturales efficit, ſimilitudinẽ habet cum compoſito

quod proprie ſit & eſt:uel q̄a eſt ꝯpoſitū,ſicut ignis generat ignē uel quia in ſua uirtute totum compoſitum q̄tum ad materiam & formā habet :quod dei ſolius eſt propriū. Igitur omnis informatio materie cū ſit a producente cōpoſitū :uel a deo eſt immediate, uel ab aliquo agente corporali:nō autē immediate ab angelo.

¶ Nec huic puncto obſtat primo ꝙ cōceptioni anime obedit materia corporalis:ſicut ex conceptione anime corpus ad calorē aut frigus aut uenerem immutatur:& multo magis ad conceptionem intelligentie, & conſequenter ei obedit ad nutum. Dico enim nō eſſe ſimile:quippe anima noſtra corpori unitur ut forma:conſequenter autē non eſt mirū ſi ex conceptione eius tranſmutatur: preſertim cū motus ſenſitiui appetitus,qui cum quadā tranſmutatione corporea fit ,ſubdatur rationis imperio:angelus autē non ſic ſe habet ad corpus. ¶ Nec obſtat ſecundo ꝙ corpus materiam ad formam aliquam tranſmutare pōt:ut cū ignis ignem generat cōſequenter autē id uidetur poſſe ſuperior uirtus intelligentia. Dico.n.ꝙ ſuperior uirtus id pōt quod & iferior,ſed ſolum excellentiori modo quando ad ordines diuerſos attinent,ſicut intellectus ſenſibilia nouit longe excellentiori modo q̄ ſenſus:& ſimiliter angelus materiam ad formā trāſmutat excellentiori modo q̄ corpus:id eſt mouendo agentia corporalia tanq̄ cauſa ſuperior.

¶ Nec ſimiliter obſtat tertio ꝙ tota natura corporea angelicum inſtrumentū eſt,ut patuit :conſequenter autem in inferioribus effectibus aliq̄d eſt ex uirtute principalis agentis āgeli q̄d attingere nequit inſtrumentum.i.agens corporeum:& illud eſt principale in effectu:ſicut inſtr̄m aīe calor naturalis digerit quidē,carnem t̄n anima ſua uirtute generat:conſequenter aūt principale in effectibus corpalibus.i.forma ſubſtātialis ex uirtute eſt angelica. Nō obſtat inq̄:quia nihil prohibet angelica uirtute in rebus naturalibus aliquos ſequi effectus ad quos agētia corporea nequaq̄ ſufficerent:hoc tamen non eſt materiā obedire angelis ad nutum(ſicut nec coquo obedit materia ad nutum , qui per ignem arte moderatum,aliquem decoctionis modum operatur :quem per ſe ignis efficere nequiret)cū reducere materiam in actum forme ſubſtantialis non excedat uirtutem corporalis agentis : quia ſimile ſibi facere natū ē ;unde dicit aug.3.de tri. Non eſt putandum iſtis tranſ-

greſſoribus angelis ad nutum ſeruire hanc uiſibilium rerum materiam:ſed deo ſoli. ¶ Punctum quartum. Obediunt autem inferiora corpora angelis etiam malis ad nutum, quo ad motum localem. ¶ Primo. Nam experiētia nos docet totam naturam creatam graduatam & ordinatam a deo eſſe:conſequenter autem quod in inferiori eſt ſupremum, immediatum ei quod in ſuperiori eſt infimum ſit oportet:& in his ſcilicet ſupremo & infimo nature etiā ſpirituales uniūtur ſuo modo.ſicut corpora p ſua ultima ſunt ſimul: ſicut in anima noſtra uidemus ſupremum eſſe id quod angelis cōuenit.ſ.principium intelligere ſine diſcurſu. Videmus etiam in elementis ſupra naturalem & proprium motum rectum eſſe circularem qui celo eſt proprius:quod & dio.nō latuit: quippe qui in.7.ca.de di.no.dicit q̄ ſapientia diuina coniungit fines primorum principiis ſecundorum:ex quo patet q̄ natura inferior in ſui ſupremo a ſuperiori quodam ſuo modo contingitur. Natura uero corporea ꝗ̄ ſpirituali iferior eſt (ut liquet) quia ſpirit⁹ corpus uiuificat & mouet ac nobilitat.in corporea autem natura inter omnes motus ſupremus eſt localis: ut probatur in.8.phy. cuius etiam ratio eſt:quia mobile ſecundum locum non eſt in potentia ad aliquod intrinſecum inquantum huiuſmodi,ſed ad extrinſecum ſolum.i.locum:nec a mobili aliquid abiicit abſolutum ſed relationem tantum uel ubi. Igitur natura corporalis nata eſt a ſpirituali immediate moueri ſecundum locum:quod etiam in anima experiri licet: que corpus attingit ut motor medio locali motu cordis. Vnde & philoſophi localem motum ſupremorū corporum intelligentiis aſcripſerunt:& aug.dicit in.3.de tri.q̄ angeli adhibent ſemina corporalia ad effectus aliquos producēdos quod niſi per localem motum eſſe nequit. ¶ Secundo. Nam quod poteſt maius, utiq; & minus poſſit oportet. Sed angelici ſpiritus & quidem etiam de infimis poſſunt maius.i.mouere celeſtia corpora,ſecundum philoſophos & ſententiam domini,dicentis uirtutes celorum in die iudicii mouendas.i.amouendas a corporum celeſtium motione.Ergo utiq; poſſunt minus ideſt mouere corpora inferiora. ¶ Tertio. Nam quod natura inferior pōt utiq; ſuperiorem poſſe licet altiori modo neceſſe eſt: ut ex dictis patet. Sed natura inferior.i.anima rationalis aliquod corpus inferius localiter mouet ad nutum:ut ſuum corpus immediate & p

illud alia. Ergo & angelus ſiue bonus ſiue malus. Et ſi dicatur ꝙ utiqꝫ concluditur angelum poſſe mouere aliquod corpus ut mobile proprium id eſt celum, & per illud alia. & nō aliter: hoc nihil eſt: quia angeli habentes mobile proprium & proportionatū, ſūt infimi: ſupra quos inumeri ſunt (ut ſupra oſtēſum eſt) qui i mouēdo excedunt ꝓportionem mobilis celeſtis: & cōſequenter nō limitātur ad motū celi, ſed eis & celi & oīa corpora obediūt ad nutū locali motu: ita tñ ꝙ celū ſolū ad motū uno modo: quia alias ordo nature euerteretur: alia uero. i. inferiora ad oēm partē ſine detrimēto mouere poſſunt: modo totū unū elemētū de loco ſuo nō mutēt: qđ neqūt quia ſic hꝫ ordo īdit⁹ nāe a deo. ⁋ Quarto. Quāto motor altioris eſt uirtutis tāto mobile ei ꝓportionatū alti⁹ eſt Vnde & apud philoſophos motor ſpere lune ſperam ſolis ſuperiorē mouere nequiret: & ſic de reliquis. Sed intelligētie ſunt altiores anima humana, que determinata eſt īmediate ad corpus unū mouendū humanū. ſ. Ergo intelligentie īmediate mouere poſſunt humanum & aliquid altius: & conſequenter oīa inferiora humano. ⁋ Quinto. Anima humana mediate uel īmediate pōt mouere oīa inferiora uel ex toto uel in parte: & ſucceſſiue oē totū mixtum, ēt turrim. Ergo a fortiori angel⁹ ēt ſathane & altiori modo. ⁋ Sexto Nā idē ſacris litteris & xp̄ianis tractatoribus patet: apud quos dubiū nō eſt demonē eſſe tāte uirtutis, ut nō unū modo uerū & multos hoīes ſimul & pene ſubito poſſet ad diſtantia loca portare: & nil mirū, quia demones angelis bonis ſunt in naturalibus pares & interdū maiores: cū de oībus ordinibus ceciderint: & inter oēs ſupremus. Vñ & demon apud multos catholicos expoſitores, xp̄m ex deſerto in tēplū & inde in montē excelſum portauit luc. 4. & itidē angelus bonus portauit abachuc dan. 8. Nec ſcriptura aut ſancti aſcribūt hoc uirtuti dei: ſed naturali angeli: que ēt in malis eſt. Itē cyprianus adhuc malus p demones iuſtinā uirginē habere temptabat: ſꝫ nequiret quia ſigno crucis munita ꝓualebat. Idē ēt i uita beati iacobi pꝫ de hermogene & phileto. Noſtri ēt tp̄is magi crebro ad longinqua loca a demone ferunt: quinimmo & alios ſecū uolentes per ethera in caballo fremente. i. in demone ſub forma caballi per aera uehunt, monitos primum ne crucis ſigno ſe muniant: ſicut & de ſcientia certa henri. inſtito. ſic refert. Quidam ſcolaris tunc nunc ſacerdos friſingenſis dioceſis, adhucut

creditur uiuens,referre ſolitus erat ſemel ſe a diabolo ad partes re motas per aera delatum. Alius quoq; ſacerdos ſupereſt in oburdorum opido:qui illius cōſodalis exiſtens dictam ſubuectionem corporeis oculis uidit, qualiter .ſ. clamans & eiulans ſublatis in celū lacertis ferebatur:& hac ex cauſa. Congregatis .n.multis ſcolaribus in ceruiſie potagiis,concordarunt ut portator ceruiſie nihil exponeret: unus ergo pro ceruiſia conatus exire denſiſſimam nubem in ipſa hoſtii apertiōe ſtatim offendit: qua territus ſtatim rediit:& potum ferre omnino recuſauit. Etſi diabolus adeſſet reſpondit alius,potum afferam:& ſic egreſſus,omnibus aliis uidētibus in aera ſubleuatus ferebatur,clamans & eiulans. Et in uita beati petri de ſimone mago patet:quem quaſi uolantem ex capitolio demones efferebant:quem petrus intelligens a malignis ſpiritibus portari,eos adiurauit per chriſti nomen ne illum deferrent:& ſtatim illis obedientibus chriſto,magus corruit.Quidam quoq; cuius nomen quia adhuc uiuit taceo:& qui inde conuerſus habitum ſancte religionis excepit:cum poſt uirginem quandam inſaniret. eius ei copia promiſſa eſt a ſtrigimaga, ſi ſe portari ſineret ad ludum. Quo aſſentiente equus fremens per aera longe tulit,tranſeuntem terras flumina & loca que nunq̄ uiderat,& que deinde uiſa recognouit:& uirgine ſimiliter delata potitus ē: q̄uis dei miſeratione nunc peniteat. Et de huiuſmodi experientie,infinite ſunt:quas negare inſanire eſt. Ex his uero ſequitur q; quecūq; locali motu inferiorum corporum effici poſſunt, diabolus poſſit efficere:ſicut poteſt domum aut urbē ſuccendere: quia ignem ferre poteſt & admouere. Videatur etiam infra libro ſecūdo.capi. primo. puncto quinto & puncto octauo.

¶ Punctum Quintum. Angelos etiam malos corpora poſſe aſſumere & in ſpeciebus diuerſis apparere. Primo. Nam quecunq; locali motu corporum inferiorum effici poſſunt,diabolus poteſt efficere :ut ſtatim patuit. Eiuſmodi autem eſt effictio corporis quod uideatur humanū uel leoninum,aut lupinum & eiuſmodi. Nam huiuſmodi corporum ſimilitudo in figura & colore conſiſtit :per motum autem localem fieri poſſe figuram nulli dubium :immo ipſam niſi per localem motum addendo,ſubtrahendo,mutando,aut diſponendo fieri poſſe clarū eſt experientia

teſte:

teſte:ſimiliter per motum localē induci poſſe colores teſtatur opꝰ pictorum,per ſua inſtrumenta corpora colorata admouendo.Igitur in quacūq; ſpecie poſſunt demones apparere.Et ulterius ut patebit.poſſunt iſte apparitiones fieri in ſola fantaſia.¶.2.Nam cum ſpiritualis natura corpore ſuperior ſit,ab ea obedientiam habeat oportet.Sed hāc nō habet q̄tū ad augmentū uel alterationē, ſicut nec q̄tū ad formarū ſuſceptionē:ut patuit ſupra. Ergo eam q̄tum ad motum localem habeat oportet:cū his ſolis motibus obediat: motu uero locali per condenſationē & rarefactionē & applicationem actiuorū naturaliū corpus omne figurari & colorari poteſt: ut in nubibus de utroq; experimur:& cōſequenter angelus in omni ſpecie apparere poteſt.Et de his apud diuinas litteras & catholicos tractatores nō eſt dubiū:quia angeli boni crebro leguntur in diuerſis formis apparuiſſe:& in eos teſte paulo ſe transfigurat angelus ſathane:unde apud greg.in dia.moniali ī forma perpulcre et tenere lactuce apparuit:antonio uero in forma diſci argentei,& pueri parui & huiuſmodi:& cuidā heremite in forma ſpecioſe puelle,adeo ut allectus ad nephādum actum ſe ultima diſpoſitione pararet:& tunc euanuit & irriſit brutalem uirum,cui induxit uelle et ſubtraxit poſſe coire. ¶An uero huiuſmodi corpora uera corpora ſint:utiq; dicendū eſt ꝙ ſic ueritate figure & colorū (alioquī exterioribus ſenſibus nō uiderētur)& ueritate alicuius nature corporee:quia ſine ſubiecto accidentia illa.i.figura & color non ſubſiſterent:nō autē ueritate nature quā pre ſe ferūt:ut.ſ.ſint uera humana aut leonina aut eiuſmodi corpora:alioquin nō ſubito interire et in fumū reſolui poſſent. ¶Ex qua uero materia eiuſmodi corpora ſumant:dicendum eſt cōmuniter ſm theologos ꝙ nō ex terra:quia nequirent ſtatim reſolui:neq; ex aqua eadem ratione:neq; ex igne,quia tangentes urerent:ſed ex aere.Cuius ſignū dixeris ꝙ nōnulli huiuſmodi corpora gladio perfodere aut trūcare annixi, id nequiuerunt:quia partes æris diuiſi ſtatim cōtinuātur.Aeris tn̄ nomine omnē uaporē q̄tūcūq; groſſum intelligimus.Sicut uero circa ſe eiuſmodi corpora effingunt,ita & circa hoīes poſſūt effingere:ut in diuerſis ſpeciebus & ipſi uideantur,aut etiā occultētur, et reddantur inuiſibiles.Cui ueritati etiā maro fingēdo atteſtatur, qui nube ſepſit æneam.

¶ Punctum ſextũ. Quid uero poſſint demones circa hoĩes ex dictis oſtenſurus dico multa. ¶ Primũ. Angelus bonus hominẽ poteſt illuminare: ut apud oẽs catholicos confeſſum eſt: nec in hoc nos laborare oportet: maxime quia inſtituto noſtro parũ aut nihil auxilii cõfert: angelus uero malus cũ naturali uirtute ea poſſit que & bonus, hominẽ poſſet illuminare ſi uellet eius intellectũ cõfortando: omnis eni uirtus inferior a ſuperiore fouetur & uigoratur, ſed eius peruerſa uolũtas iſtud minime patitur: quia cũ uelit hominis deceptionẽ, uelle nequit luminis intellectualis ei⁹ uigorationẽ, que deceptioni repugnat: poteſt uero hominẽ docere ordinando ſpecies intelligibiles ac imaginarias, tã bonus angelus bono fine ut doceat q̃ malus malo fine ut fallat: unde in hoc iuuat hoĩem ut ſciat dubitare: deĩde uero eũ deſerit ne ſciat iudicare: & ĩde ĩ deſperationẽ deducat: ut in ſcrupuloſis facit. ¶ Secundũ. De uolũtate uero hoĩs nihil dico: cũ planũ ſit eã a creatura aliqua efficaciter in aliquid cogi nõ poſſe. ¶ Tertiũ. De hoĩs uero fantaſia et ſenſibus. multa ſcribenda occurrũt. Nam euidẽtibus indiciis experimentiſq; liquet, uirtute demonũ hominib⁹ aliqua ſenſibiliter oſtẽdi: quod equidẽ qñq; per id fit, q demones exteriora quedã corpora humanis ſenſib⁹ exhibẽt: uel q̃ preexiſtãt a natura formata uel que ipſi formarint per naturalia ſemina, modo iã explicito: et in hoc nullũ niſi inſanis eſt dubiũ. Dupliciter aũt hoĩm ſenſus demones ĩmutare & poſſunt & aſſueuerũt. Nam dupliciter ſenſus ĩmutatur: uel ab exteriori: ueluti cũ ĩmutatur a ſenſibili: uel ĩteriori: quẽadmodũ uidemus q perturbatis ſpiritibus & humorib⁹, ſenſus quoq; ĩmutatur: lingua eni febrientis oĩa amara ſentit: quippe que humore colerico plena ſit. Frenetici etiã mira ſe uidere putãt: utroq; autẽ modo ſua naturali uirtute angelus cum bonus tũ etiã malus hoĩm ſenſus ĩmutare poteſt: quippe qui ſenſui exterius ſenſibile aliquod põt opponere, uel a natura uel a ſe formatũ & extructũ: ſicut dũ corpora aſſumũt: itidem põt interius ſpũs & humores cõmouere, & ad fantaſiã ſenſumq; cõmunẽ deducere, ex quib⁹ ſenſus diuerſimode ĩmutentur: que oĩa ex prioribus liquent: cũ naturali motu rerũ ĩferiorũ effici poſſint: ut liquet. Poteſt aũt angelus uterq;, & lucis & ſathane ſua naturali uirtute hoĩs fantaſiã moue-

re:quod equidē ſic oſtēdi pōt. Nā ſupra mōſtratū eſt:ꝙ q̄tū ad lo calē attinet lationē āgelo ad nutū nā hec corporalis obſequitur. Que ergo locali corporū motu effici poſſunt, ſiue ſpirituū ſiue hu morum: uirtuti naturali angelice etiā demonū ſubſint neceſſe eſt. Apparitiones autē imaginarias locali motione humorū atꝗ ſpiri tuum aliquando poſſe fieri perſpicuū eſt: unde in eo libro quē de ſenſu & uigilia ariſtoteles edidit, apparitionis ſomniorum cauſam redditurus dicit. Cum dormierit animal: deſcendente plurimo ſā guine ad principium ſenſitiuum .i. ſenſum communem: ſimul de ſcendūt motus .i. impreſſiones ex motionibus ſenſibilium relicte: que in ſpiritibus ſenſualibus conſeruantur, & ſenſitiuum principi um mouent: ſic ut apparitio quedam fiat, acſi tūc a rebus ipſis ex terioribus immutaretur ſenſitiuum principium: & tāta eſſe poteſt humorum ſpirituumꝗ commotio: ut etiam uigilantibus eiuſmo di apparitiones fiant: ſicut in freneticis & melanconicis patet. Quemadmodum igitur per naturalem humorum motionē hoc agitur: & qn̄ꝗ etiā hoīs uolūtate, uolūtarie imaginantis priora ui ſatita etiā idē fieri pōt boni maliꝗ āgeli uirtute: & qn̄ꝗ quidē cū alienatione ab exterioribus ſenſibus: qn̄ꝗ etiā ſine ea. ¶ Nec tamē predictis obſtat ꝙ de rōe fantaſie uidetur eē motus fact⁹ a ſēſu: ut patet i libro de aīa: & ſic uidetur ei repugnare ꝙ fiat p imutationē angeli. Dico enī ꝙ pricipiū fātaſie a ſēſu eſt ꝯm actū: nō enī imagi nari poſſum⁹ q̄ ullo modo nō ſēſim⁹ uel ꝯm totū uel ꝯm partē, ceu cecus nat⁹ colores imaginari nequit: aliqn̄ tn̄ act⁹ fantaſie mouēte diabolo excitatur p iṗreſſiones pri⁹ a ſenſu factas & ſeruatas iteri⁹. ¶ Nec ſecundo ꝙ angelus non poteſt imprimere formas in ma teriā ſenſibilē: & cōſequenter nec que ſunt in imaginatione que: ſicut ſpiritualiores ita nobiliores quoꝗ ſint oportet. Dico enī ꝙ angelus imaginationem tranſmutat: non quidem imprimendo formam nullo modo prius impreſſam uel ſenſatam: non enim ad ducere poſſet cecum, ut de coloribus haberet fantaſmata: ſed hoc facit per motum localem ſpirituum et humorum.

¶ Non obſtat etiam ꝙ in uiſione imaginaria, homo rerum ſimi litudinibus quaſi rebus ipſis adheret: quod eſt decipi: & conſe quenter hoc ab angelo bono eſſe nequit: conſequenter autem

nec a malo. Dico enim ꝙ angelus eiuſmodi uiſionem cauſans ali quando etiã intellectũ illuminat de uiſis, conſequẽter autem nec deceptio incidit: qñq; uero eius operatione ſolum imaginarie ſimilitudines apparent: nec tamen ab angelo cauſatur deceptio, ſed ex defectu intellectus eius cui talia oſtenduntur: ſicut nec xp̄us deceptionis cauſa fuit, multa turbis in parabolis proponens. ¶ Sed cõtra uidetur ꝙ demõ hoĩm ſenſus preſtigioſis apparitionib⁹ ludificare nequeat. Illa enim forma que uidetur (ut dum quis aſpicit in aqua uel in igne & huiuſmodi: ut dũ homo uidetur equus) alicubi ſit oportet. Non autẽ poteſt eſſe in ſenſu: quia ſenſus ſpeciẽ non habet niſi a rebus acceptam: nec iterũ poteſt eſſe in re que uidetur, ſic ꝙ mulier uideatur equa: quia due forme ſubſtãtiales nõ poſſunt eſſe in eodem: & preterea res illa uideretur talis ab omnibus: nec iterũ in aere circunſtante: qui ſuſceptibilis figure non eſt, nec ſemper unus idemq; manet circa rem illam, precipue quando mouetur. Ergo uidetur ꝙ eiuſmodi ludificationes per demones fieri nequeant. So. Forme que uidentur in preſtigiis, nõ niſi in ſenſu ſunt: quod tñ dupliciter eſſe poteſt opere demoniorũ: primo ut ſpecies que ſunt ĩ theſauro imaginationis ſeruate, demonis interuentu ad organa ſenſuũ defluãt: ueluti contingit in ſomno: excepto ꝙ ad organa exteriora nõ attingũt, quia ſunt ligata: unde qñ ſpecies ille ſenſus exterioris organa contingũt, uniũtur acſi eſſent res preſentes extra, & actu ſentirentur. 2. eſſe poteſt ex immutatiõe organorũ: quibus ĩmutatis fallitur iudiciũ ſenſus: ſicut patet in eo qui guſtum corruptum tenet: cui omnia uidẽtur amara: quod demones facere poſſunt uirtute quarũdam rerum naturaliũ: ſicut ad euaporationẽ fumi herbe cuiuſdam trabes domus ſerpentes uidẽtur, & multa eiuſmodi experimenta inueniuntur.

¶ Ex dictis reddi poſſe rationem omniũ mirandorum effectuũ demonũ & ſtrigimagarũ. Ca. ultimũ epilogãs.

IAm ex dictis ergo epilogando oĩum effectuum maleficorum ſtrigimagarum, incantatorũ & eiuſmodi ratio in genere facile reddi poteſt per puncta nonnulla.

¶ Punctum primum. Maleficiũ a malefaciendo dictũ

(ut ipſum nomen ſonat) malum alicui illatum & cõſequẽter iniu ſtum dánũ importat: dãnũ eni iuſte illatũ nõ eſt malũ ſimpliciter: ſed huic uel illi. Tripliciter ergo maleficiũ dr: primo rerũ dánũ uo lũtariũ & iniuſtũ. 2. dãnũ perſone iniuſtũ & uolũtariũ: ſi eni nocu mentũ preter propoſitũ inferatur (ut quia iudex ex imperitia male iudicauit: uel e domo aliqd eiectũ eſt quod nocuit) nõ quidẽ ma leficiũ, ſed quaſi maleficiũ eſt. inſti. de oblig. que ex qua. delic. per totũ. 3. dãnum perſone iniuſtũ illatũ a diabolo per hominẽ uel in ſtante homine: a quo maleficio uſitatius quis maleficiatus dicitur ſi patiatur: & maleficus uel malefica ſi illud diabolo medio fieri curauit pacto expreſſo uel tacito incidẽte. Ad hoc aũt. 3. modo di ctũ maleficiũ ſignũ federis inter maleficũ & diabolũ pertinet: qđ ſignũ & ipſũ dicitur maleficiũ: ut infixio gladii uel gladius ĩfixus ĩfra circulũ, plumarũ inuolutio, imago cerea acubus confixa & eiuſmodi. Ad hoc etiã maleficiũ reducitur oĩs diuinatio & incan tatio & oĩs alligatura: ut. 26. q. 5. nec mirum.

¶ Pũctũ. 2. Ad quid ſe diabolica ſapiẽtia extẽdat, etſi ex dictis p3: epilogando tñ ex diuo tho. 1. q. 64. ar. 1. ad 5. et 2. di. 18. q. 2. ar. 1. et 3. cõtra ca. 154. dico ꝙ demones tripliciter norũt ueritatẽ: per natu rã reuelationẽ & experiẽtiã. Et per experiẽtiã quidẽ norũt inclina tiones hominũ & ſuperandi modũ: dicẽte cipri. ꝙ diabolus oĩa tẽ tandi genera, inſidiaſqꝫ deciẽdi, uſu ipſo uetuſtatis edidicit. Expe riẽtia tñ ibi ſumitur ĩproprie & equiuoce ꝓ notitia rei ſingularis quacũqꝫ. Per reuelationẽ uero cognoſcũt q̃tũ deo p ſe uel bonos angelos reuelãti placuerit. Per naturã uero ut liquet. 1. q. 89. ar. 3. et q. 109. ar. 5. et ueri. q. 2. ar. 4. et. 2. cõtra ca. 97. a principio ſue ĩſtitutio nis demones ſtati norũt p ſpecies innatas oẽs rerũ ſpecies ſpiritua les & corporales a deo ꝓductas: p quas etiã ſpecies quiſqꝫ eorũ ac tu cõſiderãs naturã ſpeciei ſimul diſtincta cognitione oĩa eius ĩdi uidua nouit: ut ſimul oẽs hoĩes qui fuerunt & ſunt, & oẽs leones, et ſic de aliis: ut etiam patet. 1. q. 57. ar. 2. et. 2. di. 3. q. 3. ar. 3. et 2. cõtra ca. 98. Ex quibus liquet ꝙ quilibet demon etiam minimus nouit omnes angelos bonos ac malos & uirtutes eorum. & idem de om nibus celis & ſtellis ac cõſtellationibus & aſpectibus & influxibus earum: et de uolucribus & piſcibus & beſtiis & reptilibus & arbo rib⁹ & plantis ac ſeminib⁹ earũ; & de lapidib⁹ metallis & elemẽtis.

¶ Punctum Tertium. Ad quid uero ſe extendat diabolica poteſtas q̃tum ad motum corporũ, etſi ex dictis patet: epilogando tñ et obiter ex diuo tho. prim 1. q. 105. ar. 1. et. q. 110. ar. 2. et. 3. &. 4. & q. 114. et q. 117. et 2. di. 7. q 3. ar. 1. et 3. contra ca. 103. dico tria.
¶ Primum. Angeli mali ut de bonis taceamus nequeunt naturaliter aliquam imprimere formam in aliquod ſuſceptiuum: quod de corporalibus intellige primo. cuiuſmodi ſunt forme ſubſtantiales et accidẽtia corporum: ſecus de ſpiritualibus, quia poſſũt illuſtrare fãtaſmata: imo etiã itellectũ abſolute, licet nõ ex ſuppoſitiõe iniq ſui finis: licet non ſit ibi proprie impreſſio luminis ſed uigoratio et ſecundo intellige de formis habentibus eſſe per modũ quietis: ſecus per modum tranſeũtis etiam in corporalibus: poſſunt enim mouere localiter: conſequenter autẽ illam imprimere formam ad quam localis motus ſequitur: que ĩpreſſio quedã eſt non durans.
¶ Secundũ. Angelis malis quantum attinet ad motum localem omnia corpora inferiora obediũt ad nutũ, ut probatur ubi ſupra: ĩta ꝙ ſicut humana anima ſe habet ad mouendum unum corpus ſolum ſibi unitum, ita ſpiritus illi tanq̃ nobiliores & eleuatiores ſe habẽt ad mouendum inferiora omnia: eo excepto ꝙ terram totam aut aliud elementum mouere nequeunt: & idem dicit mal. q. 16. ar. 10. ad. 8. quippe hoc eſſet nature ordinem euertere: poſſẽt tamen mouere turrim aut montem. ¶ Sed contra hoc. Nam idem eſt motus glebe et totius terre. 4. phy. ergo potens mouere unũ poteſt mouere & reliquum. So. Negatur conſequẽtia: quia unum mobile eſt ei proportionatum, non relinquum.
¶ Tertium. Angelus malus naturaliter tanta celeritate moueri poteſt, ut tempore imperceptibili ab oriente in occidentem et a celo in terrã moueri poſſit, & econtra, nullo medio pertranſito: cum ſuum moueri ſit ſuum operari: quod eſt ſucceſſio contactuũ rerum circa quas mouetur. eo ſcilicet modo quo noſtra imaginatio a mediolano pariſius tranſit non imaginato lugduno: ut patet. 1. q. 53. poteſt etiam moueri continue, tranſeundo medium. Conſequenter autem poteſt aliquod corpus celerrime deferre: modo illud celeritatem motus patiatur. Ex his uero tribus ſequi-

tur demonem poſſe facere quecunq̧ locali motu effici poſſunt, aut per motionem uirtutum actiuarum que ſunt in tota natura: ut pluuias, uentos & eiuſmodi:& ſimiliter condenſare aerem & il lum figurare:& in eo apparere in forma uiri aut mulieris aut be ſtie & huiuſmodi:ut experimenta multa & ſancti docuere,

Punctum quartum. Ad quid uero diabolica poteſtas ſpecia liter circa hominem ſe extendat q̃tum ad animam, corpus, ſubſtã tiam ac famam, etſi ex dictis iam liquet: epilogando tamen ex di. uo tho. in locis citandis dico multa. Primum. Angelus bonus in noſtrum intellectum naturaliter poteſt imprimere. 2. di. 8. ar. 5. ad ſextum. 12. q. 80. ar. 2. 22. q. 172. & 3. cõtra ca. 154. quod tamen nõ eſt imprimendo formam uel lumen nouum, ſed noſtrum lumen uigorando. ſecundo ubi ſupra, & ueri. q. 11. ar. 3. ad tertium. angelus uero malus in noſtrum intellectum non poteſt imprimere: ut li quet in locis precitatis: quod tamen nõ intelligitur abſolute: quip pe cum hoc naturalem proprietatem angelicam conſequatur, bo nis & malis angelis cõgruat oportet: intelligitur autem ex ſuppo ſitione ſui iniqui finis & ſue inique uolũtatis: ut dictum eſt. poteſt autem malus hominem priuare uſu rationis. 12. q. 80. ar. 3. quippe qui poteſt humores & ſpiritus omnes hominis ad caput deduce re: imo organa ſenſus de capite poſſet auferre ſi permitteretur.

Secundum Demon noſtram poteſt immutare uoluntatem: nõ equidem directe mouendo, uerum ſuadendo exterius & concitã do paſſiones mal. q. 16. ar. 11. Tertium. Tam boni q̃ mali angeli agunt poſſibiliter in noſtra fantaſmata applicando ſuum lumen, illaq̧ ordinando. 2. di 2. et 12 q. 80. ar. 3 quod malus quidem ange lus non ea intentione facit, ut homo ad intelligendum iuuetur & illuminetur: ſed ut norit dubitationes percipere quas diſſoluere ne queat: ut in ſcrupuloſis aut rectius grupuloſis accidit: qui ſubtiliſſi me quidem dubitant, ineptiſſime uero ſoluunt & diiudicant, nul lum pene iudicium in propriis habentes.

Quartum. Demones hominem ad peccatum aliquod effica ciſſime niſi reprimãtur inclinãt operãdo interius. ſ. in fantaſiam & appetitum ſenſitiuum. 12. queſtione. 80. ar. 2. mal. queſtione. 16. ar.

tr.quod intellige quia per motum ſpirituum in quibus ſunt fantaſmata,illa ad imaginationē deducunt: que uel alliciant cōcupiſcētiam uel iraſcibilem concitēt:& inclinare poſſunt intellectum ad iudicandum et nolentem ad uolendum illud quod ad peccati patrationem conducit. Adde uero ꝙ exiſtētes in hoie ſpūs mouere poſſunt,& per eos cōcupiſcētiam excitare. Adde ſimiliter ꝙ etiam per exteriora ad idē tripliciter inducūt:primo exterius ſuadendo: ſicut xp̄o tentator affuit,in humana forma loquutus:& ſanctis,nō nullis in forma iuuencularū blandientiū uſq̧ ad barbe attrectationē,& deteriora itidē.2.aliquid exterius oſtendendo fictum:ut anthonio argēteā menſam,moniali lactucā,& adeuntibus ludū eius uiros & feminas & ioca carnalia:aut certe oſtēdendo aliquod uerum,ceu eccleſiam adeūti procurando occurſum dilecte femine aut ꝙ aliquid turpe aut uideat aut certe audiat.3.aliquod extrinſecum corpus intromittendo:quippe qui cū ad nutum poſſit corpora mouere localiter,homine dormiēte uel alias in ſtomacum noſtrū inferre poteſt q̄ irā aut q̄ cōcupiſcentiā moueant:puta aromata,uinū,tubera,& eiuſmodi. ¶ Quīrū.Demon oēs hoīs ſenſus cū interiores tū exteriores imutare pōt. 1.q.111.ar.3.et 4.ueri.q.1.ar.3.q.11.ar.8.po.q.6.ar.3.ad.3.mal.q.16.ar.1.ad.16:quod intellige ſic & eo modo ut etiā homo decipiatur, aliter re apprehēſa q̄ ſit:quod equidem fieri poſſet multipliciter. ¶ Prio ex hoc ꝙ ex aere corpora format,oſtendēs q̄ uere nō ſunt:ſicut aliquos terruit aliqñ ſub forma draconis:& monialis apud greg.credidit ſe manducare lactucam,& erat corpus aereū.2.applicādo per motum localem actiua quedā naturalia,que hoc poſſūt:ſicut apud diuū tho.quedam herba fumigans trabes facit apparere ſerpentes.3.reducendo ſpūs qui in homine ſunt ad fantaſiā & eam ſuo modo immutando(& conſequenter etiam ſenſus:ut de preſtigiis dictum eſt)ut apparet in freneticis,arrepticiis & inſanis.4.per aoriſiam uel aoraſiam:que cecitas eſt,qua celantur nobis non omnia ſed quedam:ſicut oculi diſcipulorum euntium in emaus tenebantur ne xp̄m cognoſcerent poteſt enim graphio quemlqueris pretendere cartam : aut tabule cui inſidet ſupra ponere aliā ſimilē ī qua nō ſit graphius:& ſtrigimage pretendere formam bouis:& reliqua. ¶ Sextū.Poteſt etiā demon in corpus humanū infirmitates inducere:ut patuit in iob:

quē repēte

quem repente ulcere peſſimo toto corpore percuſſit: infirmitates inq̃ omnes, que medio inferiorum corporum poſſũt inferri: quippe qui omnium eorum uirtutes norit:& ea omnia corporibus humanis poſſit admouere. ¶ Septimũ. Poteſt etiam in facultate nocere:ut patuit in iob:quem ſubito accepta licentia omni facultate priuauit,& res omnes penitus ademit:& itidem nocere poteſt in fama:quippe qui ſumere poteſt humanã ſpeciem,& obloqui & caſ⁹ effingere in quibus deliquere uideamur:ſicut ſub lecto cuiuſdam ſancti uiri in forma puelle latuit:ut ibi inuentus illum infamie notaret:quod & fecit:licet deus occurrerit. ¶ Pũctum quintũ. Quid uero cupiat diaboli iniqua uoluntas,etſi iam ex dictis liquet:tamẽ obiter ex diuo tho.dico multa. Primũ. Liberũ arbitrium demonum in malo firmatum & obſtinatum eſt:nec ad bonum regredi aut uult aut poteſt mal.q.16.ar.5.ueri.q.24.ar.10.unde omnis motus liberi arbitrii eius eſt inordinat⁹ ueri.ubi iam.ar.11.quippe qui in ordine ad ſuum malum finẽ uult quecunq̧ libere uult:& letaliter peccat in omni ſua uolitione.1.q.64.ar.2.ad quintũ.12.q.89.ar.4.et 2.di.7.et ſi quem habet naturalẽ uoluntatis motum in bonũ illum mala electione deprauat. ¶ Secundũ. Animas defunctorum ſe eſſe peruerſi demones fingunt:ut uiuẽtes ad ſui familiaritatem alliciant, & inde ſeducant.1.q.89.ar.8.ad ſecundũ.q.117.ar.4.mal.q.16.ar.1. ¶ Tertiũ. Similiter per mendacia & uanas ſuperſtitiones aduocati ueniunt,ut homines talia credant.po.q.6.ar.10.ad octauum. ¶ Quartũ. Et ſimiliter alliciuntur aut ſe allici fingunt,diuerſis generibus herbarum,animalium carminũ rituũ:ut ſignis aliquorum ſibi placentium:non ut rebus ſibi placentibus.1.q.115.ar.5.ad tertiũ.& po.q.6.ar.10. ¶ Quintũ. Et ſimiliter ad inuocationẽ diuine uirtutis adueniũt:ne a participatione diuine iuſtitie omnino excluſi uideantur.po.q.6.ar.10.ad quintũ. ¶ Sextũ. Et ſimiliter licet celeſtibus orbibus nõ ſint ſubiecti:ſub certa tamen conſtellatione uocati adueniunt:ut uel decipiant & in errorem inducãt humanũ genus:uel a ſuperioribus demonibus coacti.1.q.115.ar.5.& po.q.6.ar.10.& quol.2.q.7. ¶ Septimũ. Et ſimiliter a uirginibus uocati ueniunt:ut homines in diuinitatis ſue opinionẽ adducãt, quaſi munditie ſint amatores po.q.6.ar.10.ad quartũ. ¶ Octauũ. Et ſimiliter per nigromanticos aduocati & rogati aut etiã iuſſi inferio

tes ſibi demones corporibus alligant:puta anulis & gemmis uel ampullis & eiuſmodi.2.quol.queſtione ſecunda articulo primo:& quol.3 q.1.articulo.1.quod ideo faciunt uel quia illos odiunt (eſt enim inter demones odium crudele.1. q.109. articulo ſecundo ad ſecundum.2.di.6.arti.4. licet in oppugnandis nobis omnes conſentiant & concordent) uel ut nigromanticos lucrifaciant:unde & ſuperiores curant arrepticios, inferiores ab eorum corporibus expellentes,non tamen ab animabus. 3.q.43. arti.2 ad tertium quod ſcilicet faciunt eadẽ ratione ut eos homines qui eos ad hoc inuocant lucrentur aut alios. ❡ Decimum. Et ſimiliter in lune augmento,amplius lunaticos uexant, ut lunam infamie notent: quaſi ſcilicet malam dei boni creaturam:& rurſus quia tunc lunatici ad patiendum aptiores ſunt. ❡ Vndecimum & ultimum. Demones omni ingenio & uirtute homines a ſalute auertere nitũtur.16.q.2.uiſis:& hoc ratione multiplici. ❡ Primo quidem quia uſq; ad iudicii diem in ſummo ſua pena non eſt:creſcit enim accidentaliter ſemper:tunc uero in ſummo erit: & omnes qui iam in mundo hoc ad noſtrum exercitium uerſantur ad ima profundi detrudentur:unde iudicium dei futurum timent: quod quia erit electorum numero completo, omnibus uiribus adnituntur ne compleatur:qui tanto tardius complebitur q̃to pauciores ſaluantur:ideoq; homines damnari curant. ❡ Secundo quia inuidẽt homini:conſequenter autem de bonis eius cruciantur:unde ut dicitur in di.ca.uiſis.demon ſatis dolet & erubeſcit charitatem quam in celo nequiuit habere, homines conſtantes ex lutea materia tenere in terra. Hec ibi.

❡ Punctum Vltimum. Iam ex dictis in genere ratio dari poteſt & cauſa omnium mirandorum effectuum damnabilis creature.ſiue angelice ſiue etiam humane per multa obiter dicta. Primum.Homines diabolici qui ope demonis miranda operantur, omnes cum diabolo aut expreſſe aut tacite pacta iniere:ut auguſt.teſtatur:& expreſſe quidem, quando pacti ſunt ut in ſuffragium uocatus adſit:uel quando expreſſa intentione effectum ſui operis a diabolo expectant.ei ſacrificantes uel thura ponentes & eiuſmodi:tacite uero dum quedam faciunt aut noxia aut leuia ad quorũ factionem ſathanas operari conſueuit,in quibus effectus non ex-

pectatur a deo ſed a fortuna uel diabolo uel quocunq; modo eueniat. ¶ Secundum. Eiuſmodi effectus uniuerſi q̃tum nunc ſapio, ſaluo iure calculi melioris ad quinq; reducuntur: & hi ſunt aut diuinationes in primis uel preſtigioſe uel quomodolibet facte: aut infirmitates ſecundo & damna: aut. 3. ſanationes: aut quarto falſe apparitiones: aut quinto omnis effectus mirabilis & iudicio uulgi creature impoſſibilis. Tertium. Quantum uero ad diuinationes attinet dictum eſt quomodo demones poſſint futura aut ſcire, aut etiam docere: preſentia autem occulta nobis, omnia norũt, exceptis cordium deliberatis cogitationibus: unde conſilia principum & omnium hominum tractatus & corporũ diſpoſitiones, theſauroſq; & cuncta ſub terra latentia norũt: & breuiter cogitationibus dumtaxat exceptis omnia que aut ſunt aut fuere nouerunt: niſi prohibeãtur a deo: ſicut apud diuum thomam prohibiti ſunt beate marie uirginitatem ſcrutari. Et de predictis omnibus diuinare per certitudinem norunt: & coniecturaliter de his que a preſentibus deriuantur: puta ꝙ tale bellum erit, utpote qui norint regum conſilia & qualitates: & ꝙ talis uincet utpote qui ſciant militum uires: & de preſentibus etiam diſtantibus, quia ea norunt & ſubito nunciant. ¶ Quartum. Quantum uero ad morbos & ſanitates attinet: patet ꝙ omnia nociua & proficua remedia demon norit, & genus omne medicine ac ueneni & nociui: & ea repente a partibus etiam longiſſimis & abditiſſimis afferre & admouere corporibus, etiam inuiſibiliter ſiue ſub ſpecie aliena poteſt: & interius per os aut aliter inferendo, dũ homo ſe aut bibere aut aliud aliquid ſumere putat, medetur. Et hinc eſt ꝙ anus carminatrix & omnis incantator morbos mirabiliter etiam a iumentis curat: mirabilis enim eſt medicus iſte qui ei cooperatur occulte ex pacto tacito uel expreſſo: & idem de ſanatione iudiciũ eſt: cum oppoſitorum eadem ſit ars & diſciplina. ¶ Quintum. Quantum uero attinet ad apparitiones, iam ex dictis pateat: ꝙ per aeris condenſationem poſſunt quam maluerint oculis ſpeciem oſtentare aut etiam abſcondere, ſpeciem alterius rei pretendendo: ueluti abſcõdere aureum, ſuperiecta ſpecie papiri & eiuſmodi: licet interdum diuina prouidentia eos aliter q̃ uellent apparere cogat: ſicut eue coactus eſt ſerpentis ſpeciem pre ſe

ferre :ut uel ſic horreret. Vnde teſte diuo thoma ſuper iob, frequenter in beſtiarum figuris uiſuntur:quibus eorum uitia deo uolente detegantur & pateant. ¶ Sextum. Quantum uero ad mirãdos effectus attinet(cuiuſmodi eſt acus euomere,clauos, piloſ, oſſa magna,uel q̃ plume ſint ingenioſiſſime cõſerte & huiuſmodi) patet quonam modo fieri queant: quia aut iſta ſunt illuſiones, ut ea uideãtur que uere nõ ſunt,ſiue per naturalia actiua admota iſta ſint facta,uel aoraſiam ,aut aeris condenſationem & colorationem:aut ſi uere res ſunt ipſe diabolꝰ locali motu rerũ iſta inuiſibiliter effecit,et inde uiſibiliter ea pandit:& ualde magna per foramen paruũ interdum educẽs:quippe q̃ ad libitum ea in partes diuidit & reunit:cum eiuſmodi & partes eorum ad nutum localiter moueat:ut ſuperius probatum eſt. Tempeſtates quoq; & procellas oẽs aliquorum motu locali poteſt efficere:ut liquet ex dictis.

¶ Finit liber primus de ſtrigimagis.

De ſtrigimagarum demonumq; mirandis
Liber Secundus.

¶ De intellectu capituli epi .26 q 5.
Capitulum Primum.

EXpleto iam diuino munere libro primo, de principiis & cauſis mirandorum , que damnate creature demones & ſtrigimage operantur , iam ſecuudo manum admoueamus tempus urget: ſpecialius de ſecta ſtrigimagarũ & actis eius ac remediis loquuturi. In primis autẽ intellectũ capituli epiſcopi.26.q.5.unde hic paruus codex occaſionem ſumpſit, dare opotet: qđ multis punctis fiat neceſſe eſt.

¶ Punctum primum. Verba dicti capituli ad propoſitũ noſtrum oportuna. Illud etiam non eſt omittendum , ꝙ quedã ſcelerate mulieres retro poſt ſathanã conuerſe, demonũ illuſionibus & fantaſmatibus ſeducte, credunt ſe & profitentur cum diana nocturnis horis dea paganorũ, uel cum herodiade, uel cum innumera multitudine mulierũ equitare ſuper quaſdã beſtias, & multarum terrarum ſpacia intempeſte noctis ſilentio pertranſire: eiuſq; iuſſionibꝰ obedire uelut domine: & certis noctibus ad eius ſeruitiũ euocari. Sed utinã he ſole in ſua perfidia periiſſent: & non multos ſecũ ad infidelitatis interitũ pertraxiſſent. Nã & innumera multitudo hac ſolum opinione decepta, hec uera eſſe credunt: & credendo a recta fide deuiant: & errore paganorũ inuoluuntur: cũ aliquid diuinitatis aut numinis extra unũ deũ arbitrantur. Quapropter ſacerdotes per eccleſias ſibi cõmiſſas, populo dei omni inſtantia predicare debent, ut nouerint hec oĩa falſa eſſe: & non a diuino ſed a maligno ſpiritu talia fantaſmata, mentibus fidelium irrogari arbitramur. Siquidẽ ipſe ſathanas qui tranſfigurat ſe in angelũ lucis , cũ mentẽ cuiuſq; mulieris ceperit, & hanc per infidelitatẽ ſibi ſubiugauerit, illico tranſformãt ſe in diuerſarũ ſpecies perſonarũ atq; ſi-

militudines:& mentē quā captiuā tenet,in ſomniis deludens,modo leta modo triſtia,modo cognitas modo incognitas perſonas oſtendens per queq; deuia deducit:& cū ſolus ſpūs hoc patitur,īfidelis hoc nō in aīo ſed in corpore euenire opinatur. Quis enī in ſomniis & nocturnis uiſionibus non extra ſeipſum educitur:& multa uidet dormiendo que nunq̄ uigilando uiderat? Quis uero tam ſtultus & hebes ſit:qui hec omnia que in ſolo ſpū fiunt,etiam in corpore accidere arbitretur? cū ezechiel propheta in ſpū non in corpe uiderit.& paulus nō audeat dicere ſe raptū in corpore. Omnibus itaq; publice anunciandū eſt:ꝙ qui talia credit & his ſimilia fidem perdit:& qui rectam fidem xp̄i non habet, hic non eſt eius ſed illius in quē credit.i.diaboli.Nam de domino noſtro ſcriptū eſt:omnia per ipſum facta ſunt.Quiſquis ergo credit poſſe fieri aliquam creaturā,aut in melius aut in deterius immutari:aut trāſformari in aliā ſpeciē,uel ī aliā ſimilitudinē,niſi ab ipſo creatore qui omnia fecit,&,per quē omnia facta ſunt.procul dubio infidelis eſt, et pagano deterior.hec ibi:pro quorū notitia illud ſcito errorem fuiſſe paganorū,ex hominibus fieri heroas ſi boni eſſēt meriti,alias demones qui eſſent lares,larue & manes: ut per aug.liquet.8.de ci.de.ca.11.de quo uide mal.q.16.ar.1.ī corpore et.3.cōtra.cap.106.

¶ Punctū ſecundū.Secta ſtrigarū ſimul & maleficarū(quam ſtrigimagarū diximus)ea non eſt de qua in dicto capitulo epiſcopi, mentio habetur.Differt enim hec ab illa,primo q̄tum ad credere. Nam illa quidē primo credebat aliquā mulierē(puta aut dianā aut herodiadem)uerſam in deam:& conſequenter eſſe ſpiritū bonū, et habere aliquid numinis:& ſecundo ſe uocari & ſuper beſtias duci ad ſeruitiū dee cuiuſdam:& tertio ꝙ una creatura ab alio q̄ a uero deo mutaretur in aliā creaturā uel ſpeciem eius : puta mulier in deā uel hō in ſpeciē canis:que tria in textu patent:& quarto ꝙ talis dea eſſet ſpūs bonus,que quattuor ſunt contra fidem : ut ex littera patet. Secta autē ſtrigimagarū nullū horū credit:ſed ſpiritū eis apparentē diabolū ſcit eſſe & fatetur:q̄q̄ aut uoluptatis gratia aut deſperatione ei ſe ſubiicit:ꝯſequenter aūt credit illū non eſſe hoiem uerſum in deam bonā: nec ſe ad alicuius dee ſeruitiū uocari ; nec creaturā unam mutari in aliā deam aut ſpūm bonū. Cōueniunt tñ q̄tum ad credere in aliquo ;quia & ſtrigimagarū ſecta aliq̄ñ de-

ludiťur uel delndi pőt (ſicut & alii homiues) ut credat in corpore fieri quod in ſolo ſpiritu fit .i.imaginatione uel ſenſu.non tñ illudiťur in intellectu :ut in ſequentibus patebit. Differunt.2 q̃tum ad operari :quia illa non negat expreſſe fidem aut conculcat crucem uel abutitur ſacramentis , aut admittit maleficia , ut ſecta ſtrigimagarum :immo que agit, ſub ſpecie & colore boni agit :putans ſpiritui bono deſeruire: ut patet in textu. Conueniunt uero:quia nocte ſolaciantur ambe cum diabolo uere:licet una ſcienter, alia nõ, uerũ credens eum ſpiritũ bonũ. Vnde iſta ſecta non eſt illa. Quod etiam tenuerũt duo ſolenniſſimi iuris utriuſq; doctores, dñs aug. boca de ſauiliano in quodam ſuo cõſilio: & dñs io. graſſus q hoc ſuſtinuit taurini :& ſenſerunt de hac ſtrigimagarum ſecta nihil in ſacris canonibus haberi:quod etiam ſenſit inno .8.qui in bulla(de qua forte infra in principio tertii libri) hanc ſectam nuper exortam aſtru it:ideſt circa annum domini.1404.

℄ Punctũ tertiũ. Etſi uero hec & illa ſecta & in credere & in operari cõcordãt quoquo mõ:nõ tñ adeo ut utraq; in di.ca.epi.ſimul dãnetur & reprobeť:cũ diciť:qui talia & his ſimilia credit , fidem pdit. Nã eiuſmodi ſecte in tribus aſſimilanť gñe :& in unoquoq; illorum generũ ſpẽ diſtant .ſ.hereſis ſuperſtitionis & illuſionis. Quantũ ad primũ.n &ſi ambe ſunt in gñe hereſis, ſpecie tñ diſtinguuntur :quippe illa credebat aliquid numinis extra deũ eſſe, vñ eſt heretica proprie, nõ aũt ſcđa:quia nihil hereticũ credit:facit tñ q̃ ſapiũť hereſim:qppe q̃ adorat diabolũ, crucẽ ꝯculcat, fidẽ negat ore &ſi nõ corde:vñ eſt heretica ꝓſumptiue:quia ei quẽ diabolũ credit diuinos honores exhibet : & ꝑterea iſta a fide apoſtatat , cũ to ũ neget:nõ ãt illa, cũ exꝑſſo uerbo fidẽ minime abneger. Quãtum ẽt ad gen⁹ ſupſtitiõis qđ utriq; cõe eſt, differũt ſpẽ:quippe illa eſt in ſpẽ fitonũ:in illis.n. demõ loquebať & mirãda faciebat: iſta uero cũ hoc complectatur & pene omnẽ aliã ſpeciem ſuperſtitionis , ſuperaddit maleficiorũ crimẽ:unde etiã cõpoſito nomine exprimitur:q̃q; etiã non plene . Quantũ ad tertiũ uero.i. illuſionẽ etiam ſpecie diſcernuntur:quia illuſio illius uſq; ad intellectũ pertingebat ,ut crederet falſa de fide:nõ autem iſtius(ut dictum eſt) uerum potius omnis iſtius illuſio in ſenſu exteriori uel interiori ſiſtit : qui equidem ſenſus iudicat aliqua eſſe caballos aut hircos.

uel alias beſtias & ſunt demones in corporibus aereis, ut eorū iu-
dicat intellectus:& aliqua eorum ſenſus iudicat eſſe uiros aut femi
nas & incubi aut ſuccubi demones ſunt:& eiuſmodi. Quod autē
dicitur de altero ſimilium non ea ratiōe qua ſimile ſed qua diuer-
ſum, de reliquo non procedit:cuiuſmodi eſt illud & his ſimilia:
quia illud de ſecta illa dicitur quantum ad rationem ſpeciei,
inquantum extra deum aliquid numinis credit:in quo ab iſta dif-
fert:non autem ratione generis, in quo congruunt ambe. Et ſi in-
ſtetur hoc dici de locali motione in qua conueniunt: illud utiq;
non eſt uerum:de quo dic ut infra puncto ſeptimo.

¶ Punctum quartum. Strigimagas ad diabolicū ludum reali-
ter & incedere & deferri poſſe planum eſt. Nam eas incedere poſſe
probare ſuperfluum eſt, cum ludus eſt prope:& de facto oēs de q-
bus in. 2. ca. primi libri dictum eſt, ſuis pedibus ludum adiere dia
bolicū: poſſe uero eas a diabolo ferri, iam ex his liquet que libro
primo cap. penul. ex philoſophia & ſacris litteris ac tractatorib9 ci-
tata ſunt:& in hoc de poſſibili ꝯſentiunt omnes :quippe angelicis
ſpiritibus cum bonis tum etiam malis, ad nutum quantum ad
motum localem attinet inferiora corpora obſequuntur ſm aug. &
theologos uniuerſos: eomodo quo humane aut brutali aīe corpa
propria obſequuntur, modo non cohibeantur a deo:unde & magi
in hoc opere demonum frequēter utuntur:ut hiſtorie docent. Im-
mo demones apud urlie. hominē etiam inuitum localiter ferre poſ
ſunt, niſi comprimantur a deo:ſicut de quodam puero nobili &
monacho pet. da. et uincen. in ſpe. refert li. 26. ca. 63. ꝙ cum ueſpere
in cella quieuiſſet mane in piſtrino clauſis ianuis inuentus, req-
ſitus de negocio dixit a quibuſdā hominibus ad conuiuiū magnū
ſe deductum fuiſſe:ubi epularum omnium delicie uidebantur, qui
eum manducare coegerunt:& illum deinde per ſuperiora piſtrino
intulerūt. Guilel. quoq; in ultima parte de uniuerſo, demonem di-
xit poſſe puerorum tranſlationem facere, unum pro alio ſupponē
do, uel etiam deo permittente demone pueruli locum tenente.
Cuius rei ſignū dixeris, ꝙ eiuſmodi acheiūtinos pueros uix quat
tuor aut quinq; mulieres lactare ſufficerent, ſemper eiulantes & nūq̄
pingueſcentes:quod interdum ex blaſſemiis uirorū aut uxorꝝ deo
ꝑmittēte euenit:ut cū dicunt, uel lllē diabolū portares & eiuſmodi.

¶ Punctum

¶ Punctum quintū. De facto uero ad diabolicum ludum ſtrigi
mage an ſemper aut nunq̄ aut aliqn̄ tm̄ realiter eāt, aut portētur.
dico ꝙ interdū realiter ſuis pedibus adeunt ludū, qn̄ eſt prope: ut
de oībus ſupra in primo libro recitatis liquet: & ſtultum eſt dice-
re ꝙ iuerint in ſpiritu, cū dicant ſe tali hora iuiſſe anteq̄ irent dor-
mitum, & rediuiſſe tali: niſi forte dicatur ꝙ in ſuo ſenſu & uigilia
immo in tortura poſite quod ſomniarūt credant fuiſſe in re: quod
eſt inſanire. Nec eſt uerū hoc accidiſſe mulieribus de ſecta alia de
qua in ca. epi: ut patebit puncto ſequenti. Aliquando autē deferū-
tur in ſpū. i. fantaſia: & hoc ut ipſe fatentur, tūc eſt qn̄ perſonaliter
adire ludū nolunt, cupiunt tamen ea ſcire que fiunt in illa cōcio-
ne: tunc. n. cum certis obſeruationibus dormitū uadunt, ponentes
ſe ad latus ſiniſtrum mariti in noīe omnium diabolorū: qui illis
oſtendunt que fiunt in ludo: aliquando quidē in ſomno, aliqn̄ ue
ro etiā anteq̄ dormiant: emittunt enim cooperante diabolo uapo
rem glaucum ex ore: & in eo ope diabolica uident que in ludo
peraguntur. Nam auctores mallei maleficarum duo magni uiri
maxime magiſter henri. inſti. qui aduerſus impium anthoniū ro-
ſelli ſcripſit, eiuſq; blaſſemū opus de monarchia chriſtiana damna
uit, ita referunt ſe ab incineratis ſtrigimagis & a penitentibus di-
diciſſe. Aliquando etiā feruntur realiter: alioquin oporteret prio
pene infinitos proceſſus inquiſitorū iuridice factos negare: & con
ſequenter iura ipſa. Negare etiam. 2. id quod quiſq; homo in ſe
experitur. ſ. ꝙ quis qn̄ eſt in ſuo ſenſu inter uigiliam & ſomnum
diſcernit: quod ſtrigimage non facerent ſi realiter non ferūtur: cū
dicant in uigilia/immo in tormentis, ſe realiter delatas. Negare
etiā. 3. ſenſum: multa enim circa hoc multi experti ſunt: que ratio-
nabiliter plus negari nequeunt eſſe in ueritate facta q̄ me nūc ſcri
bere: qđ utiq; poteſt quiſq; pro uoto negare: dicēdo me aut alios
illudi p̄ſtigio, ut ſcribere uidear & nō ſcribā. Res eſt & ſcripta &
famoſa quā refero: & paulo anteq̄ habitū diui p̄ris dn̄ici ſumpſe-
rim expleta. Comi uicarius ordinarii & inquiſitor, uel curioſitate
uel ꝙ forte plene ſtrigimagis quas carceribus detinebāt nō crede
bant, media una eaꝝ ludum qui nō longe aberat adierunt: & oīa
e regione uiderunt. Veꝝ oībus inde licentiatis demon caput lu-
di, fingens ſe eos durante ludo nō uidiſſe, repente omnē concio-

nem denuo reuocauit:& illos duos iudices adeo baculis ceciderũt ꝙ infra quindenã uterq; interiit. Sic deus eorum curioſitatẽ & forte alia crimina permittendo mulctauit. Deferuntur ergo aliqñ realiter & uere aliquando etiam de die inuiſibiliter. quod utiq; diabolus poteſt per modos de quibus docet preceptorium de le. ꝓcepto primo ca. xi. q. i. uide de hoc ꝙ ſ. realiter aliqñ ferantur ſupra li. primo ca pe. puncto quinto: uide ét circa finẽ huius capituli.

¶ Punctum ſextum. Quis autem ſit ſenſus dicti capituli uerus ſic pateat. Primo enim illud ſciendũ eſt, ꝙ aliquid eſt uel dicitur mere ſpũs: ut intellectus & omnis ſenſus interior, qui non habet organum manifeſte: aliquid mere corpus: ut lapis: aliqd quoq; inter hec medium. ut ſenſus exterior: qui & corpus & ſpiritum ſonat. i. organũ pateñs & uirtutẽ anime. ueluti uiſus ſonat pupillã & uim diſcretiuam coloris: cõſequenter uero ſm hec tria aliqd dicitur dupliciter fieri in corpore & ſimiliter dupliciter in ſpiritu: ex eo ꝙ factum in ſenſu medio inter illa duo extrema, & in corpore & in ſpiritu fieri quoquo mõ dicit: uidelicet eo modo quo mediũ utrunq; extremorum dicitur, ad aliud & aliud relatũ: ex quinto phy. Color enim uiridis ad albedinẽ relatus nigredo, ad nigredinẽ uero albedo eſt, in corpore ergo aliquid dupliciter fieri poteſt: & quidẽ primo ꝓprie: ut quia extra omnẽ ſenſum hominis tale aliquid ueraciter fit ceu nũc ego ſcribo: & ſecũdo improprie aliqd in corpore fit. i. in ſenſu corporeo ſeu exteriori, habente ſcilicet organum corporeum patenter & manifeſte, puta in oculo: ſicut ſi ope diabolica oculus meus uideat quod aut non eſt aut non uere eſt: aut etiam naturaliter: ſicut apud diuum tho. quedam herba fumigans trabes facit apparere ſerpentes. Et ſimiliter duobus modis aliquid in ſpiritu fit: & quidẽ in primis quia in intellectu fit aut ſenſu non corporeo. i. non habẽte organũ corpis manifſte: ut in imaginatiua uirtute: ſecundo uero improprie. ſ. quia fit quidem in ſenſu ſed corporeo. i. corporeum habente organũ manifeſte: non autem extra ſenſum ueraciter. Proprie ergo in corpore fit qđ extra omnem ſenſum fit: proprie etiam in ſpiritu fit quod in intellectu aut ſenſu interiore fit: quod uero in ſenſu exteriore fit tãq̃ in medio utroq; modo fieri dicitur. Secundo uero notandum eſt ꝙ delatio mulierũ ad diane dee paganorũ uel alterius famulatum, dupliciter intel-

ſigi pōt eſſe realiter ſine in corpore. primo. ſ. ut que ad hoc cōcur
runt ſint realia non omnia ſed quedam tantum ut motus non au
tem:& beſtia ſic aliquādo eſt realis:ut quia realiter quidē feruntur
tñ beſtia nō eſt uera beſtia, ſed uerus demō apparēs beſtia:& ſecū
do quia omnia ad hoc cōcurrentia ſunt realia:& ſic nunq̄ realiter
feruntur qñ beſtiis feruntur: quia ipſe beſtie non ſunt uere beſtie:
nec dea ipſa uera dea:ſed iſta fiunt in ſpiritu.i.in ſenſu exteriori &
imaginatiua & in intellectu etiam in caſu capituli epiſcopi:in ca-
ſu uero ſtrigimagarum fiunt in ſenſu & imaginatiua:non autē in
intellectu quia ipſe ſciūt illas beſtias non eſſe ueras beſtias & perſo
nam apparentem: neq̧ deum neq̧ ſpiritum bonum eſſe, ſed dia-
bolum:ut ex earum cōfeſſionibus liquet, unde & dictum eſt, ꝙ
in illudi in hoc diſtat hoc ſuperſtitioſoꝝ genus ab illo. Sciēdū eſt
tertio ꝙ capitulum epiſcopi ſaluari oportet:cum ſit concilij aqui
rēſis: quod apoſtolica ſede probatū putarim:alioquin quomodo
ſacris decretis fuiſſent eius dicta cōmixta.que etiā dicta ſunt cū ue
ra ſint & rōnibus ac experimētis probata:& hec & illa ſic oportet
ītelligere ut uera ſint: hoc uero nō ſine magna difficultate fieri poſ
ſe oſtēderūt canoniſte:q & huic textui gloſam nō adiecerūt, pre
ter illā paruulā, in corpore.i ſenſu corporeo:& rurſus etiam ho-
die in capituli huius lectione cecuciūt, non credētes & ꝑceſſibus
& hiſtoriis & experimētis ꝙ diabolus interdū hominē ſpōtaneū
& inuitū portarit, immo nec philoſophie que utiq̧ demōſtrat hoc
eſſe poſſibile:ut liquet ſupra ex primo libro:& hoc totū ideo eis
accidat oportet, quia capitulū iſtud non intellectum ſed creditū
ꝙ ſit intellectum obturat ſenſus eorū:adeo ut rome uiri peritiſſi-
mi, propter capitulum iſtud contra quādā ſtrigimagum procede
re recularent:qui ab inquiſitore peritiſſimo & expertiſſimo fratre
aug. papienſi ordinis ꝑdicatorum citatus fugerat:cum nihilomi
nus eſſet propter fugā inchoato ꝑceſſu indiciatus:& inſuper labo
raret infamia huiuſmodi apoſtaſie, probata per teſtes 14 eſſetq̧ ꝑ
teſtes uiginti & duos accuſatus:quorum nonnulli eſſent incinera
ti & nonnulli penitentes. Et in cauſa erat capitulum epiſcopi ſo-
lum:cuius rei gratia cum eſſem ego cōiudex coactus hoc opuſcu
lū cepi. Sciendū eſt quarto ſm nōnullos ēt peritiſſimos theolo
gos (ut de ſcoto & ſeq̄cibus liq̄t.4,di.x q.2.) ꝙ unū corpus diuia

uirtutē poteſt eſſe ſimul & eodem tempore in locis duobus:in uno quidē naturaliter in alio uero diuina uirtute. Quod nō ideo dico quia uerum putem:ſed ut intelligāt canoniſte, ꝙ ſi peritiſſimus & ſubtiliſſimus doctor ita credere potuit hominem poſſe diuino opere ſimul eſſe conſequēter autem ſentire & uidere in duobus locis, longe magis in hoc decipi potuere mulieres credule ut uirtute credite dee potuerint credere ſe ibi fuiſſe uere & realiter, ubi per ſomniū uel quemcūq raptū eſſe potuerunt. Immo in hāc uſq diem multi fideles in hoc errant, ut putent uel diuum ambroſiū, uel frōtonē uel alios ſimul alicubi puta mediolani aſtitiſſe altari, & eodem tempore uirtute dei interfuiſſe exequiis alibi celebratis pro beato martino uel alio. Crediderunt ergo mulie rcule ille, ſe uere equitare & ueras beſtias, ad ueram deam & uera ſeruitia: & ad iſta credebant ſe uirtute illius dee euocari & iuuari:cuius uirtute illas beſtias factas exiſtimabāt:ut patet in fine capituli in uerbo transformari:quomodo autem pro tunc ipſe mulieres in ſe eſſent diſpoſite utrum ſcilicet dormiētes aut rapte extra ſenſus, forte non conſiderabant. q̄uis in ſe reuerſe notant ſe talia uidiſſe iuuāte dea:& conſequenter non eo modo quo alia uidebant, extra dicta ſeruitia & in uigilia poſite. Et ex his quidem ſenſus dicti capituli quoquo modo patet:clarius tamen ex ſequenti puncto patebit.

¶ Punctum ſeptimum. Capitulum ergo illud uidetur prohibuiſſe ne quis credat ſtrigimagas realiter diabolico ludo inferri. quippe quod licet de ſtrigimagis non loquatur, ſed de alia ſecta potius ut mōſtratū ē:de illa tn̄ loquitur ut uidetur inq̄tum habet cōmune cum iſta credulitatem delationis realis:tamē dico ꝙ reuera illud non prohibet nec ex illo cap. niſi ignoranter deduci pōt. Primo enim nō eſt dubiū ꝙ eo tempore ſtrigimagarū ſecta nō erat. quippe que ortum habuit circa annos domini. 1404. tempore innocentii octaui:ut patet in bulla quam idem edidit infra libro tertio forte recitandam:non ergo hoc capitulū loquitur de ſecta ſtrigimagarum in ſpecie:ut liquet:nec in ſimili:quia iſte ſecte in fide in ſuperſtitiōe, in illuſione differunt:ut patuit:& ſpecialiter in reali delatione diſſentiūt:quia ille eam a bono ſpiritu & uera dea fieri putabant:ut patet in textu: ſtrigimage autem dicunt ſe aut ſuis pedibus ludum adire aut a malo ſpiritu euehi:unde ab omni uer

bo ſancto & ſigno crucis abſtinere docent eos quos illuc deduce-re moliuntur. Quādo autem alique ſecte non ſunt eadem, & in aliquo facto uon ſunt ſimiles: quod de una in facto illo dicitur, intelligere de alia eſt rude. de ꝯſti. tranſlato. ⁋ Secūdo. Si ad multorum canoniſtarum mentem & ad predictum ſenſum ꝙ ſtrigimage realiter a diabolo non feruntur d. capitulum loquitur, quod abſurdum ē: irrationabiliter & uane ſeu inualide loquitur: tū quia prohiberet credere id quod philoſophice poſſibile eſſe monſtratum eſt: ſcilicet malam intelligentiam poſſe hominem ferre: quid autem ſtultius q̄ iubere nequis credat lupum feciſſe aut diabolum quod facere poteſt: tum etiam quia ridendum argumentum eſſet ille muliercule ferebantur a diabolo in ſpiritu uel fantaſia, ergo nulla mulier a diabolo fertur realiter: & maxime quia utriuſq; ratio probabiliter reddi poteſt: quare. ſ. ille in ſpiritu iſte interdum in ſpiritu interdum realiter feruntur. Ille enim ſub ſpecie famulatus ad bonum ſpiritum decipiebantur: ideoq; diabolo expediebat ut non eſſent uigilantes quando talia peragebant ne deprehenderent fallaciam demonis: iſte uero decipiūtur gratia uoluptatum: ideo expedit eidem ut ſint uigilantes: tum ut magis alliciantur uoluptatibus: tum ut grauius peccēt. Non enim ſufficit diabolo adorari in ſomno: quādo homo nec habet iudicium nec poteſt habere peccatum: unde iſta in uigilia fieri curat: ut grauiter iſte peccent & pereant. Tertio nam quicquid aliqua lege prohibetur, ex legis ratiōe prohibetur: que. ſ. legiſlatoris intētionē & mentē comprehendit: lex enim non eſt aliud q̄ ratio legis: apud panor. in cap. fi. de reſcrip. & cinū ac bal. & omnes ſcribētes in. l. non dubium. C. de legi. & in. l. ſcire leges. ff. eo. Realitas autem huius delationis q̄tū attinet ad ſtrigimagas, imo nec q̄tum ad eas mulieres de q̄bus in. d. ca. non reprobatur ex dicti capituli ratione: quod inde patet quia in hoc ratio illa coſiſtit ꝙ hi quorum credulitas ibi reprobatur errore paganorum conuoluunt, credentium aliquid numinis extra deum: quaſi anime mortuorum uertantur in deos uirtute non diuina. Non ergo huius delationis realitas credi prohibetur nec q̄ntum ad ſtrigimagas neq; q̄tum ad alias mulieres. Quarto. Nam quicquid lege aliqua maximeq; canonica prohibetur: ad rationabilem nō autem ad abſurdum intellectū prohibetur di. 4.

erit aũt. Sed credulitas realis delationis ſtrigimagaꝝ q̃tũ ad motum localẽ & ſpacia ꝑtranſita dũtaxat reprobari nequit p dictum capitulũ ad rationabilẽ intellectũ: quia ſequit̃ ꝙ credẽtes hiſtoriis & infinitis proceſſibus inquiſitoꝝ & experimẽtis q̃ plurimis ueris & probatis iſtã realitatẽ cõprobãtibus inuoluant̃ errore paganoꝝ credẽdo aliquid numinis extra deũ, & creaturã hr̃e uirtutẽ rerum immutatiuã & p̄dicta fieri a bono ſpũ. & eiuſmodi q̃ oĩa abſurda ſunt ut liquet. ¶ Quinto. Nullius ſtatuti ſpũſctõ editi (cuiuſmodi ẽ oẽ conciliare rite editũ & probatũ) intellectus põt eſſe improbabilis & ſtultus. Hoc. n. aſſeuerare ẽ ſpũm ſctm̃ blaſſemare. Sed itellectus aliquoꝝ canoniſtaꝝ ĩ uerbis di. ca. ꝙ. ſ. ſtrigimage nõ realiter ſed in ſõno ferant̃ ad ludũ ſemp eſt, improbabilis & ſtultus: qppe qui aliquid aſſerat quod oĩs hõ in ſeipſo falſum experit̃: hoc. ſ. ꝙ ſtrigimage ferant̃ in ſomnis & qñ uigilant credant ſe delatas fore uigilantes & realiter: ſicut aſſerũt ẽt in queſtionibus & cruciatib⁹ quis. n. tã excors eẽ põt ut uigilãs inter uigiliã & ſomnũ nõ diſcernat: ut quod ſomniauit credat ſe uidiſſe dũ uigilauit eadẽ ſua naturali uirtute: hoc. n. freneticoꝝ eſt propriũ. Si dicat̃ ꝙ ille ip̄e de quib⁹ in di. ca. ep̄i agit̃, credebant ſe uidiſſe uigiles q̃ ſomniarant: dico non eſſe ſimile, quia ille credebãt ſe uidiſſe auxilio dee ad ꝓprium ſeruitiũ euocãtis quã credebant opari poſſe ut deus opera tur: unã. ſ. creaturã in aliã mutando: aut id faciẽdo ꝙ una pſona ſimul in duobus locis eẽt: uel qualitercũq; diuina uirtute id eſſe putabant: ut patet ex textu. Nõ eſt ergo ille uerus intellect⁹ di. cap. ¶ Sexto. Si capitulũ illud hãc delationẽ credere ꝓhibet quaſi falſam: ideo hoc eẽ neceſſe eſt, quia hoc nõ eſt demoni aut poſſibile aut pmiſſum, aut certe qa demon iſta nõ uult: q̃. n. facere põt & facere permittit̃ & facere uult, quis negabit eũ actu facere? & conſequẽter ſine errore & pctõ credi poſſunt q̃ uera. Nõ eſt uero putãdum tertiũ: ut. ſ. mala q̃ põt & q̃ permittit̃ facere nolit efficere: conatur. n. oĩbus modis humanũ genus offendere quibus põt. 6. q. 2. uiſis: qđ maxime põt p iſtã delationẽ facere, p quã aĩam delati offendit: ideo ſe ei dantis ut ſic ad eius ludũ ferat̃ uoluptatis grã: necnõ & bonos quoſq; quos etiã diſtantes offendit & pueros paruos enecat, maxĩe nõ baptizatos, dũ ad eos maleficas etiã apertis ianuis q̃ firmate erãt adducit. Similiter nec primum. ſ. ꝙ id neqat

demon:ut patet ex dictis lib.primo ca.pe. Similiter aũt nec ſed'm quippe deus ſi maiora permittit nõ eſt ratio quin & minora pmit tat:permittit aũt deus maiora, ut ꝙ pueri innocentes occidantur & comedanť, maxie a ꝓpriis parẽtib⁹ potiſſimũ fame nõ laborãti bus:uel ẽt ꝙ p demones pueri permutenť in cunis, ut docuit guil. & ꝙ magi tot facinora admittãt:aut ẽt ꝙ boni interdũ ſimilia pa tianť:imo pmiſit xp̃m portari mat.6.apud gre.& chriſo. Nullo er go modo capitulũ illud eiuſmodi credere prohibuit. Vellem aũt iſtis tam incredulis interdũ eueniret qđ & in agro comẽſi:ubi ep̃i uicarius necnõ inquiſitor curioſitate ducti experiri uoluerũt quid in ludo illo diabolico fiat:& medio ſtrigimage quã captiuã deti nebant uſi, ludum adierunt:ubi tot uerbera iubente diabolo & p mittente deo fuſt bus exceperunt:ꝙ uix domum ſe cõferre ualue runt infra quindenam morituri. Ita annales tradunt:ut etiam ſu pra dictum eſt. Vide etiam dicta libro primo cap.14. Adde rem mirabilem quam de ſeipſo narrare conſueuit placentinus quidã: nunc niſi a breui ſpacio interierit monachus ſancti benedicti con gregationis .S. iuſtine. dictus dñs hieronimus. Is puellam in ſeculo diligens:ea potitus eſt medio cuiuſdam ſtrigimage cui aſ ſenſit adire ludum diaboli:que utrunq; aſſiſtente demone adludũ illum traduxit hoc pacto. Expoliatus inter manum & brachiũ ſe certo unguẽto liniuit:deſignans certum caracterem ut docebat illa ſtrigimaga:illaq; itidem fecit:& ſimiliter dicta puella ibidem preſens & iam ab eo uiolata:& ſtatim oẽs ſublati ſunt per apertu ram tecti: & ipſe quidem ſuper equo frementi ut uidebať:& tan ta uelocitate ad nucem beneuenti ferebantur ut aer ſciſſus acutiſſi mum ſibilũ redderet.ibi uero milia hoĩm ac mulieꝝ multa fuere: cũ exiguo lumine tripudiantiũ. Peracto ludo per uenetias dela tus ut prius domũ rediit:& uenetias ipſas quas nunq̃ uiderat no tauit & alia intermedia loca eũdo ac redeũdo & flumina:q̃ oia cũ nunq̃ uidiſſet postea uiſa recognouit:& uenetias ip̃rimis. Regreſ ſus domũ expleta libidine in uirginẽ iãq; facinus ualde p̃horrens ut forte erat bene natus, aut diuina pietas miſerata eſt, epiſcopum ſeu certe uicarium eius adiens plene faſſus eſt: & eccleſie ianuis re cluſis ſolenniter uapulauit: & deo miſerante religionem ingreſ ſus honeſte uixit: & forte etiam uiuit in preſens. Qui in re

hac exacte certus eſſe cupit,fratrē andreā genuenſē:nūc obſequiis beatiſſimi domini noſtri uacantem:uirū cum religioſe uite, tum etiam doctrine eminentis interroget.Teſtes uiuos exhibeo . Ad hec ne & ludi ipſi diabolici atq; ſpectacula ſomnia putentur:aliud quoq; referam . Crebro pueri puelleq; duodecim aut decem uel octo annorum ,doctrina; & cohortatu inquiſitorum reſipiſcunt , qui & in tante rei miraculum inſtar illius ludi ſaltare iubentur : idq; ita faciunt ut nullus ſapiens negare poſſit quin altiori quadam arte & que humanā tranſcendat ſint edocti.Nam cū ille choree per omnia humanis diſſimiles ſint:ꝙ in illis femina poſt dorſum maſculi teneatur,& nō antecedendo ſed retrocedendo ſaltetur:& in fine cum reuerentia preſidenti diabolo ſoluēda eſt ei terga dantes inclinent caput non in ante ſed retro:& pedem non flectant retro ,ſed in ante eleuantes in altū. Id totū uero tanta gratia & uenuſtate perficiunt ut id ſtatim & in pueritia ſit impoſſibile didiciſſe . Siquis uero hec aut negat aut dubitat,certus effici pōt non modo in agro comenſi ac brixiano ubi eiuſmodi uigēt:uerū etiam hic rome per fratrē io. bap.de uiqueria priorem brixianum necnon fratrē hiero.de berthenorio ſociū protholectoris in gymnaſio magiſtri thome placentini uicarii noſtri .¶ Id uero ſummopere cupio ut reuerendiſſimus aliquis ex dominis.noſtris cardinalibus id muneris aſſumat ut decem ex his puerulis & puellis romam traduci curet(quod facillimū eſt)quo & urbi rome ſpectaculum grande prebeat,& incredulis uelamē grandius auferat cecitatis . Sed contra arguitur ex uerbis dicti capituli.Nam dicit p̄dicta fieri in ſomnis & ſolo ſpiritu,inter que eſt delatio . Solutio. Dico primo ꝙ capitulū per exaggerationē loquit̄ :ſicut & doctores ſancti:ueluti aug.īterdū ſic exaggerat ꝯtra arriū ꝙ uideatur fauere ſabellio :& eo caſu uerba apud doctores non extendēda, ſed pie exponēda ſunt:&ſic quia frequenter hmōi in ſomnis & ſpū.i. imaginatione fiunt,dicūtur ſimpliciter in ſomno uel ſpiritu fieri: licet aliquando aliter fiant . Dico.2 . ꝙ ſemper fiunt in ſomno & ſpiritu ,in dicta ſecta:non autē in ſecta ſtrigimagarum,& differentie ratio aſſignata eſt: quia ſcilicet ſub ſpecie boni & ficte diabolꝰ melius decipit in ſomno:ſub ſpecie autem experiende uoluptatis in uigilia melius . Sed contra reſponſionem.Dicit enim textus

hec o mnia

hec omnia fieri in ſolo ſpiritu :ergo extra ſpiritum non fiunt: & conſequēter ſemp in ſpū fiunt. So. Primo quidē textus nō loqꝰ in ſtrigimagis: in quibus ſi loqueretꝰ diceret ꝙ oīa fiunt ī ſolo ſpū q̄tū ad aliqd nō q̄tum ad totū qd̄ ꝯcurrit: feruntꝰ .n. realiter q̄tum ad motū & ſpaciū : beſtia tn̄ uel aliquid hmōi cōcurrens, eſt in ſolo ſpū .i. ſenſu interiori uel exteriori, non aūt in ſpū .i. in intellectu ad quē eaꝝ illuſio non attingit: ut dictū eſt. Si aūt textus intēderet oīa hec quo ad omne cōcurrens ſemper in omni ſecta in ſpū fieri, irriſorie ex particulari .i. paulo & ezechiele probaret uniuerſale de omni & ſemp. Nō intendit ergo textus oīa iſta ſemp ī ſpū fieri uel in ſōnis: niſi forte apud illā ſectam: quia īſufficienter ꝓbaret: ſed ītēdit ꝙ nō ē uera dea aut uera beſtia quā iſti uidēt: & aſſignat quomō in hoc decipi hoīes aut femine potuerūt: quia hoc eſt uidendo in ſomnis & fantaſia: quod poſſibile eſſe ꝓbat ex ſomniis noſtris & uiſionibus ezechielis & pauli. Videatꝰ etiā de hoc ca. ſequēti: ubi ad quedā argumenta ſoluetꝰ: & ibi ēt puncto. 3. uideatur etiā in calce huius ſcd̄i lib. ubi forte tractatū 10. frā. pōzinibii cribrabimꝰ. Preterea arguitꝰ ſic a quibuſdā. Nā in beati germani uita legitur exptum fuiſſe ꝯtrariū: & ſimiliter alias: quippe mulieres de tali delatione infamate ac proinde obſeruate eo tempore quo ſe delatas putarunt, ad latera maritoꝝ iacuiſſe inuente ſunt. So. Vellem reſponderent mihi iſti ſubtiles argumentatores, qua experientia cōſtat id qd̄ uiro adiacebat mulierē potius fuiſſe q̄ in mulieris ſpecie demonē. Si ergo ſe nihil probare minime uident: cecutiunt. Sicut aūt ibi legitꝰ ꝙ imaginarie deferantur: ita legitꝰ & alibi ꝙ ferantꝰ realiter pleruꝗ & crebro. Legant hi modo placeat tho. brabantinū in eo libro qui de apibus inſcribitur: & de fantaſtica & reali delatione multa miranda cōſpiciant: legāt & nider in preceptorio precepto primo, & in formicario, & ſileant.

¶ Eſſe in rerum natura maleficia. Capitulum Secundum.

Iam uero in primis ipſa maleficia (unde hoc genus hominum magi ſiue malefici dicuntur) in rerum natura eſſe uel poſſe eſſe mōſtremus: nō quidem mera naturali ratione utentes (ut lib. primo fecimus: quod etiā in

fidelibus ſatis eſſet) uerum & diuinis litteris & diuinis tractatoribus quaſi teſtibus utendũ nobis oportune eſt. Hoc aũt multis pũctis agemus. ¶ Punctum primum. Circa maleficium .i. malum illatũ a diabolo homini ꝑ hoiem, uel hoi ab homine ſuffragante diabolo: errores extitere. Quidã n. ut diuus tho. in .4. di. 34. teſtatur, maleficium nihil in mundo eſſe exiſtimarunt, niſi in exiſtimatione hominum: qui effectus naturales quorum cauſe occulte erant maleficiis imputabant: quod equidẽ doctrine ſanctoꝶ compugnat, qui & demones eſſe & poteſtatem ſupra corpora nr̃a & imaginationẽ habere firmarunt, modo a deo permittanť: unde malefici per eos aliqua mira poſſunt efficere: ut etiam primo lib. monſtrauimus. Procedit uero inquit tho. hec opinio ex radice infidelitatis: quia. ſ. demones eſſe non crediderunt, niſi in uulgi extimatione tantũmodo: ut terrores quos ſibiipſi facit hõ ex ſua extimatione demoni aſcribanť: & quia etiã ex imaginatione uehemẽti alique figure quales cogitanť, in ſenſu apparent creduntur demones uideri & non uidenť. Sed hec oĩa nõ uera fides modo, uerum etiã uera phĩa & experientia repellit: quibus demones uere eẽ conſtat: & multa poſſe nature ſue ſubtilitate que nequeunt homines: ut probatum eſt libro primo: eos uero qui eos ad talia inducunt maleficos dicimus. Rurſus alii dixere maleficos quidẽ eſſe, maleficiales uero effectus non efficere ſed cogitare tantum: ac per hoc non uere ſed imaginarie ad maleficium concurrere: ſic ꝙ effectus maleficiales realiter quidẽ in maleficiato ſunt: non tñ realiter a malefico fiunt. ¶ Rurſus uero alii econtrario cõcedunt maleficum realiter ad maleficium operari: non tñ reale ſed fantaſticum. Sumpſerunt uero hi erroneum ex canone fundamentũ. 26. q. 5. epiſcopi: ubi quod de illis mulierib⁹ fantaſtice fieri dicitur, ad omne maleficium extendi putarũt: & ad idẽ ex eo moti ſunt ꝙ ibi diciť: qui credit uel aſſerit creaturam poſſe fieri aut aliquam creaturam in melius deteriuſue mutari &c.

¶ Punctum Secundum. Omnes autem eiuſmodi errores per dicta in libro primo falſi patent alias etiam per doctores omnes in 2. di. 7. & 8. qui per maleficos cooperante demone mira fieri aſtruxerunt: alias etiam eoſdẽ hereſim ſapere clarum eſt. Nam de primo ex eo conſtat ꝙ demones eſſe negat: contra illud uerbum do

mini. Ite maledicti in ignem eternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. mat. 25. De aliis uero patet. P. lex enim diuina crebro mandat maleficos nõ eſſe uitandos modo, uerum etiam occidẽdos: quod utiq̃ nõ fieret niſi realiter cũ demone ad realia damna & reales effectus cooperari eos uerũ eſſet. Nam deut. 18. omnes malefici & incantatores iubentur interfici. Et leui. 19. anima inquit q̃ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cũ eis, ponam faciem meam cõtra illam, & interficiam eam de medio populi mei. Dicunt aũt ibi magi iidẽ qui & malefici: arioli uero hi ſunt qui per exta animalium demoni uel idolo immolatorũ diuinabant. Et iterũ ibi. 20. uir uel mulier in quibus phitonicus uel diuinus ſpiritus fuerit, moriatur, lapidibus obruent eos. Et dicunt phitones hi qui arripiuntur a demone, inde per eos diuinante: q̃ morti addicuntur, qñ ex ſua culpa ſeu ſuo conſenſu arripiunt: qđ aliqñ propter queſtum euenit: unde & paulus act. 16. uirgis ceſus eſt q̃ curarit phitoniſſam, que ſuis queſtũ magnũ preſtabat. Et exo. 7. idẽ pateat de magis pharaonis: qui uerſa uirga aaron in colubrum uirtute dei, & ipſi per incantationes egiptiacas & archana quedã uirgas ſuas uerterunt in dracones: & paulo poſt etiã aquas uerterunt in ſanguinẽ. Nec eſt modo diſcutiendũ an dracones illi fuerint ueri: quod eſſe potuit demonibus ibi ueros dracones afferentibus, aut per actiua naturalia cum materia propinque diſpoſita admota eos generantibus: aut certe fuere ſpecie tenus tantum & non uere dracones. Quicquid uero dicatur omnino ibi fuit realis effectus: id eſt aliquod corpus: quod aut erat aut uidebatur draco. ¶ Secundo. Nam quicunq̃ de his que catholicam fidem concernunt aliter q̃ eccleſia romana ſentit hereticus ſit oportet: 24. q. 1. hec eſt fides: & de here. ad abolendam. Predictos uero opinantes eiuſmodi eſſe nulli dubium eſſe poteſt. ut patet. di. 24. q. 1 in capitulo per ſortiarias: & extra de frigi. & malefi. per totum & per omnes doctores concorditer diſtinguentes de maleficio ꝑpetuo & temporali, nunq̃ difficultantes an ſit uerum aut fantaſticum: ut ho. gode. ray. & uniuerſi theologi ac canoniſte: & ſimiliter per omnia iura & per omnes doctores de pena maleficorum tan ſubtiliter diſputantes & diſtinguentes, ut ſi ſit notorium crimen euchariſtia negetur, ſi occultũ dierum quadragita pena mul

tetur de con.di.2. pro'dictione: item ſi ſit laicus, excõmunicet:ſi clericus deponatur monaſterio intrudẽdus.26.q.5.nõ oportet:et ꝙ tales infames cenſeantur,& qui ad eos concurrunt:nec ad accuſationem admittendi.2.q.8.quiſquis. ¶ Tertio. Nam ſi dicti errores non ſapiũt hereſim, quilibet poſſet credere maleficia non eſſe ueros & reales effectus:& cõſequenter nõ poſſe humana lege grauiſſime & capitaliter plecti: quia propter opiniones aut fantaſias lex humana non occidit. Sed hoc falſum eſſe nulli dubium eẽ poteſt:quippe azo in ſum.ſuper libro.9.codicis rubri.de maleficiis.l. poſt corneliam de ſicariis & homicidiis:dicit omnes quos uulgus maleficos dicit & qui diuinandi artem norunt, ſm ciuilia iura penã capitalẽ merenturſut l.nẽo.C de male &.l.culpa.l.nullus:ubi diuinatores excapitantur:& qui arte magica uite innocentium inſidiantur,uel mulierum animos ad libidinem flectunt, beſtiis obiiciuntur:ut ibi.l.multi:& ad eorum accuſationem admittiť quiſq3. ut ibi:ſicut & ſm canones de here.in fauorem libro.6 & eoꝶ quiſq3 nulla dignitate obſtante queſtionibus ſubiicitur:& ſi fatẽtur excruciantur ungulis.ubi ſupra.l ſi ex.nũc tñ malefici cremantur forte propter ſexum femineum:imo ibi dicitur ꝙ tales ad alterius limen accedere nõ ꝑmittantur:alioquin cremẽtur:& qui eos aut cõſulit aut ſuſcipit,deportatur & bona confiſcãtur. Ex dicto autẽ capitulo male itellecto ſuſcepeř fomẽta errores eiuſmodi:ut mõſtratum eſt & ſtatim mõſtrabitur. Etſi uero hereſim ſapit negare diaboli maleficiũ eẽ:nõ tñ ſapit hereſim negare maleficiũ eſſe ꝑ hoc uel illud genus hominũ,puta ſtrigimagarũ:ita credo:q̃q̃ de hoc multa dici potuiſſent. Quod uero & magi & mage ſine numero ſint,teſtes ſunt populi:qui gregatim horum maleficia patiunť:teſtes etiam ſunt libri de his pleni:ut patet ꝑ io. nider precepto primo & bedam de geſtis anglorum:& guil.de uniuerſo:& librum de apibus: & malleum maleficarum:in quo eius authores inter cetera ſic referũt. Quidam nobilis comes in cõfinibus diœceſis argentine ducta in uxorem iuuẽcula eque nobili ad tres annos poſt nuptias cognoſcere neq̃t,maleficio prepeditus (ut patebit) fruſtra inuocans omnes ſanctos:imo nõ fruſtra:quia remedium ei allatum eſt.cũ uero alicuius rei gratia ciuitatem metẽſem intraſſet uallaus familia:mulierem olim ꝯcubinam ſuam offendens, eam blande

ex antiquā amicitia ſalutauit nihil de maleficio quod patiebat' ad uertēs:que cernens comitis pietatē econuerſo eum ſalutauit & diligenter quomodo cū comite ageretur inquiſiuit: necnō cū comitiſſa:quo reſpondente ꝙ dei gratia bene:& ꝙ tres filios ſingulos ſingulis annis ex comitiſſa genuiſſet effinxit:illa ſtupefacta ſiluit cui comes amplius blandus: oro inquit cariſſima quare ſic diligēter interrogas indices. Tunc illa:uere inquit congratulor:ſed maledicatur illa uetula que obtulit ſe uos circa actum carnalem maleficiare:in cuius ſignum in medio curie uſe in fundo talis putei eſt olla res maleficiales continens:ut q̄diu ibi eſt coire cum comitiſſa nequeatis:ſed ecce omnia uana ſunt. de quibus gaudeo. ita autem eſſe comes inuenit:& omnia igne abſumpſit, unde comitiſſa nouiter nuptiis celebratis iam affirmauit ſe dominam illius caſtri:que tandiu uirgo ꝑ māſerat:quod & factum eſt. Noluerunt autē iſti & recte quidem caſtrū aut comitē nomine proprio ſignare. ¶ Punctum tertium. Nec priori puncto quo maleficos & maleficia fore monſtrauimus, obſtare pōt primo ca. epi. 26. q. 5. ubi dicitur ꝙ a ſolo deo creatura mutatur in deterius:qui inquit credit poſſe fieri aliquam creaturā aut in melius aut in deterius aut trāſformari in aliam ſpeciē uel in aliam ſimilitudinē niſi ab ipſo creatore qui omnia fecit & ꝑ quā omnia facta ſunt, proculdubio īfidelis eſt & pagano deterior. Non obſtat inq̄ quia hoc capitulū ut dictum eſt ꝑ exaggerationē loq̄tur. & eius dicta ꝯſequēter pie īterpretāda ſunt: alioqn ſunt cōtra ſcripturā. Quod enim dr̄ poſſe fieri aliquā creaturam &c. intelligitur ꝑ creationē:non per generationē ex actiuis naturalibus factā et demonibus admouentibus: alioquin contra ſcripturā eſt:quia per magos uirtute demonū poſſunt fieri alique creature imperfecte:quia exo. ſeptimo magi pharaonis iānes. ſ. & mambres ſerpentes & ſanguinē fecerunt:ubi glo. dicit ꝙ cum per demones malefici aliquid per incantationes efficere conātur ꝑ mūdum diſcurrunt & colligunt ſemina diuerſa, ex quorū adaptatione prorumpere poſſunt ſpecies diuerſe. Et hoc nō eſt dubiū apud alber. de animal. & tho. in prima. q. 114. ar. 4. Quod uero ibi dicit in melius deteriuſue mutari, primo quidem ibi accipitur melius & deterius non aduerbialiter ſed ut ſunt nomina:ut ſit ſenſus ꝙ una creatura ſine deo mutari nequit in aliam aut nobiliorem aut

uilioren:ſecundo uero ſi aduerbialiter ſumatur a deo ſolo hoc fieri poteſt auctoritatiue & ad correctioné:alias multos ſcripturarũ paſſus euertit:quia demon iob mutauat in deterius pcutiẽs ulcere peſſimo:item demon hominem priuauerat loquela math.9.& curatus a domino loquutus eſt mutus & filia cananee male a demonio uexabatur:math.15.itẽ lunaticus male patiebatur.ſ.a demone math.17.& alia multa eiuſmodi ex diuinis litteris ꝗliquent:& idem clare patet in capitulo.nec mirum.26.q.5.ubi non modo hominibus per magos nocet malus demon:uerum etiam mortem infert. Quod uero ibi .tertio dicitur in aliã ſpeciem uel ſimilitudinẽ trãſformari intelligere oporter de trãſormatiõe reali & eſſentiali:nõ de preſtigioſa:hoc enim eſt cõtra rõnem:ut libro primo oſtẽſum eſt:& contra aug 28.de ci.ca.17.& cõtra ſcripturas: quia angeli ſub diuerſis ſpeciebus ſe oſtendunt & cõſequenter alia:demon autem transfigurat ſe in angelũ lucis:& ꝯſequenter ex ipſe uidetur & alia oſtendit ſub ſpecie aliena:quod etiam patet gen.ſecũdo cũ euam ſũb ſerpentina effigie decepit. Non obſtat ſecundo ꝙ ſi demõ cũ locali motu poſſet etiam corporales tranſmutationes efficere poſſet uniuerſum genus hominũ perimere:dico enim ex petro de tarã.ꝙ utiqꝫ eum perimeret ex magna inuidia qua aduerſus hominẽ concitatur:ſi pmitteret deus. Nec tertio.ꝙ demon celi motum in quẽ omnis corpea mutatio reſoluitur:uariare nõ põt ſm dio. in epi.ad policar.quippe quod ſolius dei eſt:& conſequenter corpora alterare nequit:dico enim ꝙ utiqꝫ hoc infert ꝙ demon hoc ĩmediate nequit ſecus mediante locali admotiõe actiuorũ naturalium:que tñ admotio ĩ celi motum nõ reducitur:cum ex eius uoluntate procedat:ut libro primo oñſum eſt:quã ſuperiorẽ celi motũ eẽ oportet. Nec quarto:ꝙ ſi eſſet maleficium diaboli nocẽs creature dei:opus diaboli uideretur fortius ope dei. Dico enim hoc eẽ rude argumentum:quia dicere opus ideſt effectũ diaboli eſſe fortius opere ſiue effectu dei ẽ dicere ꝙ una creatura preualet cõtra aliam per uirtutem quã hẽt a deo ipſo permittente, quod nõ eſt incõgruum ſi uero per opus intelligatur actio illud non ſequitur. qa deus ſua actione ſtatim poſſet ãnichilare diabolum. ¶ Puunctum quartum. Ad maleficium ſeu maleficialem effectum ĩ eccleſia ſem-

per & demon & maleficus concurrunt. ¶ Patet id primo ex deſcriptione maleficiorum per yſido. eth. libro. 8. cap. 9. malefici inquit dicuntur ob facinorum magnitudinem: mala. s. precunctis malefactoribus efficientes. hi elementa concutiūt opere ſcilicet demoniorum: ad grandines & tempeſtates concitandas. mentes hominum turbant. intellige ad amentiam, odium: et amorem turpem ac ſine ullo ueneni hauſtu: uiolentia tantum carminis animas interimunt: intellige ad eorum uerba ſpiritu malo cooperāte. item aug. de ci. dei & habetur. 25. q. 5. nec mirum magi ſunt inquit qui uulgo dicuntur malefici: & ob facinorum magnitudinem ſic nuncupatur hi ſunt qui permiſſu dei elementa concutiunt hominum turbant mentes minus confidentium in deo ac ſine ullo ueneni hauſtu uiolentia tantum carminis interimūt homines: unde & lucanus. *Mens hauſti* nulla ſanie polluta ueneni. incantata perit demonibus enim accitis audent uentilare. ut quoſcunq ſuos perimāt malis artibus inimicos. Ex quibus patet propoſitum ¶ Secūdo, Nam id patet per omnia quibus ſupra libro primo magorum opera a mala etiam intelligentia procedere: que enim per diabolum ſolū fiunt mala: hominibus non dicimus maleficia: ſicut nec iob ulceratum maleficiatum cōſueuimus dicere. Similiter nec maleficia conſueuimus dicere que ab homine homini iniuſte mala inferuntur: ſic ut hi maleficiati dicantur: ut uulnerati: etiam ſi fiāt diabolo ſuadente modo non fiant eo cooperante. Concurrit ergo demon & magus. ¶ Tertio. Nam effectus penales & noxii qui a uoluntate proficiſcuntur: multiplices ſunt: & in primis qui ſunt per angelum bonum: ut decem plage egipti de quibus in exodo: & peſtilentia dierum trium tempore dauid de qua primi par. 21. & decede octoginta duorum milium hominum tempore ſenacherib de qua reg. 4. capitu. 19. deinde uero qui ſunt per angelos malos tantum de quibus in pſal. immiſſiones per angelos malos ſecundum quas populus iſraeliticus crebro ut nonnullis placet ceſus eſt: & iob ulceratus: & bonis ſpoliatus ſimiliter & qui per homines malos tantum ſunt: ut uulnera & rerum iactu re: ſimiliter & q p utrūq et q p ſortiarias & eiuſmodi diabolicos hoies. Sed horū effectuū nullū dicimus maleficiū ſic ꝙ patiēs hō

maleficiatus dicať niſi ultimum:qđ ex conſuetudine noſtri idiomatis patet.unde nec etiā ipſi arrepticii maleficiati dicti ſunt niſi cum demone concurrerit homo:ut ad pactum & preces incātatoris diabolus hominem uexet. Vnde maleficia a zoroaſte originē ſumpſerunt:qui primus artes magicas mūdo intulit apud omnes maxime uero aug.de ciui.dei:qui & diabolico opere naſcendo riſit:quiq; dicit fuiſſe cham filius noe. Quare āt dictū ſit in ecclesia dico ꝙ effectum quē diximus maleficialē inter īfideles circa matrimonium diabolꝰ aliquādo ſolus facit:ſicut narrat petrus de pa. in.4.de iuuene quodam qui uxorem cognoſcere non poterat ꝙ idolum deſponſaſſet prius :& propterea diabolus in corpore aſſūpto ſe interponebat:non aūt in ecclesia,cuius rationē dixerim: qa infideles diabolus quaſi ſuo iure poſſidés,nō utitur eis in eiuſmodi ut eos peccātes lucretur:quod in fidelibus facit :in ſanctificatis enim diaboli tentamenta craſſantur ſm remigiū. Vnde nec iudei nunc qū iam eorum eſt certa damnatio, de idolatria tentantur ut prius . Et idem ſuo modo de gentilibus eſt. Vnde maleficis demones utuntur perditionis eorū gratia: cū ſoliᵈ eiuſmodi poſſent efficere. ¶ Punctum Quintum. Nec tñ huiuſmodi effectus maleficiales probantur ſufficienter per ſolos demones , aut ſolos malos homines fieri. primo per illud quod aug.dicit in lib. 83. q. omnia.ſ.noxia que uiſibiliter fiunt etiam per inferiores poteſtates aeris fieri poſſe creduntur .Non enim negamus quin noxiales effectus ,qui in hominibus & iumentis ac bonis fortune hominum cernunt a demonibus deo permittente poſſint inferri:dicente eodem aug.4.de ci.dei ꝙ demonibus ſubiunt ignis & aer q̃tum eis a deo permittitur:dicēte etiā glo.ſuper illud pſal.immiſſiones per angelos malos:ꝙ per malos angelos deus punit :ſed dicimus huiuſmodi effectus nō dici maleficia ,niſi concurrente homine malefico . ¶ Nec probatur idem.2. per id quod uirtus demone inferior & grandines inducere & morbos inferre poteſt ſine ſuperiore:dicente alb. de rerum proprie.ꝙ ſaluia putrefacta modo ibi tacto in fontē proiecta mirabiles concitat tempeſtates:& homo per uenenum hominem interimit :& conſequenter uidetur diabolus iſta ſine homine poſſe. Dico enim ꝙ utiq; iſta poteſt diabolus:& ſimiliter ſaluia:ſed non niſi celo confluente:uerum iſta non dicū-

tur maleficia

tur maleficia niſi a demone effectiue & ab hoīe diſpoſitiue & p̄catiue fiant. ¶ Nec tertio probatur idem ex eo quod mulier & maxime uetula magne malitie hominē ſine demone faſcinat: maxime puerulum gal. 4. o inſenſati galate quis uos faſcinauit? Dico enim ꝙ faſcinatio non plus eſt maleficiū q̄ peſtis uel epidimia ex contagione contracta: utrunq; enim eſt effectus naturalis: ut per ea patet q̄ primo libro dicta ſunt: & que de baſiliſco dicuntur. Baſiliſcus enim primo uidens hominem interimit: primo uiſus ab homine aliquando interimitur. Videns enim hominem excitat in corpore eius uenenoſa materia que oculos conſequenter autē & contiguum aerem ad hominē uſq; inficit, & occidit: uiſus aūt primo ab homine uolente occidere, & qui ideo ſpeculis ſe muniuit: poſtq̄ ad ſpecula infectus aer attigerit reflectitur ad baſiliſcum uſq;, & proprio ueneno baſiliſcus occumbit.

¶ Eſſe in rerum natura ſtrigas aut lamias. Capitulum Tertium.

QVia magos ſeu maleficos eſſe mōſtratum eſt: reliquū eſt ut ſtrigas quoq; eſſe monſtremus: quo nomine ſectam quandam intelligi uolo maloꝝ cum uiroꝝ tum uel inprimis mulierum: habentiū pacta expreſſa cum diabolo ea precipue ratione ut interuenientibꝰ incubis & ſuccubis demonibꝰ uoluptate uenerea fruant̄ nocte maxime. Quod equidem multis punctis efficiemus.

¶ Punctum Primum. Cum non poſſimus hoc genus hominum eſſe monſtrare niſi de operibus demonū per magos & cum magis multa cōferamus: expedit ex dictis in primo libro, & dictis doctorum in 2 di. 5. 6. & 7. multa obiter recapitulari. Oīa igitur opera ſua per intellectum uoluntatēq; demō exequitur: quas uires & naturalia cuncta integra & perlucida poſſidet, adeo ut circa rerum creatarum noticiā nō fallatur: niſi forte in ordine ad ſupernaturalia iudicet. Triplici aūt ſcientie uiget acumīe: ex ſubtilitate ſcilicet nature experientia tp̄is & reuelatione bonorū ſpūum, non illuminādo ſed loquēdo facta: vn̄ & hoīm affectꝰ corporeos & cōplexiones & ſiderū effluxus in eos pleniſſime nouit: ex quo p̄iter ſciūt iniq demones aliquos ad maleficia eē aliquibꝰ aptiores: quos

etiã & ꝑcipue ad eiuſmodi ſollicitant & infeſtãt. Hñt aũt uolũta té ſic malo & culpe herentē: ut inde auelli neqãnt: & cũ ſemp actu intelligant & uelint ſemp a ctu peccãt, aut ſuperbia, aut inuidia: & furore, quo ferre neqt ſathanas ꝙ eo deus ꝯtra eius uolũtatē ad ſuã gloriã ſalutēq; hũani gñis utat. Ex his uero duob⁹ ĩtellectu. ſ. ſpeculatiuis & uolũtate peſſima, mirãda & põt & uult efficere: adeo ut dr̃ iob. 41. ut nõ ſit ſup terrã ptãs q̃ illi ualeat cõparari: q factus eſt ut neminē timeret: ubi gl. Etſi neminē timet meritis tñ ſctoꝝ ſubiacet. Qua ptãte fit ut cuncta inferiora corpa mouere poſſit ad nutũ localiter p ſe ſolũ: medio uero alio corpe poſſit ea etiã accidentaliter & ſubſtãtialiter de forma in formã mutare: uarias ſpecies effingere & ſub q̃ placuerit ſe oculis nr̃is ingerere: quinimo & ſenſus noſtros oẽs ludificare & ĩmutare ĩterius & exterius põt: ĩmo ipm intellectũ & uoluntatē quoquo modo indirecte attigere. Sunt ẽt ſpũs non ex natura ſed ex uoluntate ĩmundi: quippe quibus apud dioniſiũ inſit furor irrationalis: amẽs cõcupiſcẽtia: fantaſia ꝑterua: q̃ tñ ſunt metaphorice dicta: & q̃tũ ad eorũ ſpũalia crimia ſupbiã, inuidiã & irã: ꝯñt aũt ſunt maximi hũani gñis inimici: & nocẽdi cupiẽtiſſimi: ſemp in fraude noui: ĩmutãtes ſenſus: & affectũ pro uiribus inquinantes ac inflamantes in malũ: qui & uigiliantes turbẽt: inquietẽt uero dormientes: morbos inferãt: concitent tẽpeſtates, & ſub boni forma ac ſpẽ deludãt: uerſi in ſpeciem angeli lucis. a maleficis diuinũ cultũ appetunt, exigunt, extorquent, magicis artibus fauent: q̃ & eoꝝ auxilio ſunt inuente. bonis ſemp inſidianſ: bonos infeſtãt: maximeq; in morte: in uitia oĩa pro uiribus trahunt: maximeq; in luxuriã: licetq; multas habeant artes & mille nocendi modos. 16. q 2. uiſis: tñ ut dr̃ iob. penul. fortitudo eius in lũbis eius. i. in luxuria q̃ in maſculis ex lũbis ꝓficiſcitur: unde ſperma decidiſ: ſicut feminis ex umbilico: p hoc. n. pctm̃ infinitos illaqueat: maxime uero ſtrigimagas que ideo ſeſe diabolo tradunt: ut cum eo luxurientur.

¶ Punctum Secundum. Demones incubos. i. in forma uiri cũ mulieribus coeuntes: & ſuccubos. i. uiris ſe in forma ſuppoſite mulieris, exhibentes eſſe negantes catholice nõ loquũtur. Qui. n. negant eos poſſe eſſe etiam philoſophice non loquuntur: quia phiſicis rationibus libro primo oſtendimus demones poſſe in uariis

ſolemnis apparere: qui uero eos poſſe quidem eſſe aſtruunt: negant uero ita eſſe de facto: cōtra dicta ſanctorum loquuntur & poetarum & contra experientiā. Nam aug. 3. de ci. dei li. ca. 2. in ordine ad fabulas poetarum tractans an ex demone ſuccubo naſci poſſit homo uidetur indiſcuſſum relinquere: cū tamen certum ſit ꝙ non: quia nō habet demon que neceſſaria ſunt femine ad procreandū unde dicit. Vtrum potuerit uenus ex concubitu anchiſe eneam parere in medio relinquamus. Poſtea uero ca. 5. q̄tum ad progreſſum ſcripturarum ex uera muliere & demone incubo poſſe naſci gigantes determinat & uerum eſt: quia qđ ex parte uiri eſt incubo non deeſt: cū poſſit uerū ſperma ab homine qui polluitur ſumptū īfundere mulieri: unde ait. Creberrima fama eſt: multiq; ſe expertos uel ab eis qui experti erāt: de quorum fide dubitandū non eſt: ſe audiſſe confirmant: ſiluanos & faunos quos uulgus incubos uocat: īprobos extitiſſe mulierib⁹: ac earum appetiiſſe ac peregiſſe cō cubitum: & quoſdam demones quos duſios galli nuncupant: aſſidue hanc immunditiā & tentare & efficere plures taleſq; aſſeuerāt ut hoc negare impudentie uideatur: hec ille: qui deinde ibi determinat: ꝙ illud gene. 6. uidentes filii dei .i. filii ſeth. filias hoīm .i. filias cayn: non intelligitur de incubis ſolum. Preterea ibidē gloſa ait. Non eſt incredibile non ab hominibus ſed ab angelis uel quibuſdam demonibus qui mulieribus ſunt improbi eiuſmodi homines ideſt gigantes eſſe procreatos de quibus in littera dicitur gigantes autē erant ſuper terram. Et ad idem eſt glo. iſay. 13. ibi & piloſi ibi ſaltabunt: & iſay. 34. ſuper illo: occurrent demonia: & .1. corin. undecimo. ſuper illo propter angelos. Preterea iſido. in libro octauo. ethi. capitulo ultimo dicit piloſi qui grece paniſci latine incubi appellantur. Vnde & incubi dicuntur ab incubanbo hoc eſt ſtuprando: ſepe enim improbi exiſtunt mulieribus & earum peragunt concubitum. Quos demones galli duſios nuncupant: quia aſſidue hanc peragunt immuudiciam. Quē autem uulgo incubonem uocant: hunc ut ſupra tactū eſt: romani faunum ficarium dicunt: ad quem oratius dixit. Faune nympharum fugientium amator: per meos fines & aprica rura: leuis incedas. Ad idem eſt Beda in geſtis anglorum: & guil. in libro

de uniuerſo parte ultima:& cõmunis theologorum ſcola in ſecũ do ſenten. ubi ſupra: & ſpecialiter doctor ſanctus prima parte. q.15.& quol.7.q.10. & ſuper iſay & in ſecundo di.8.ar.4.q.2. reddit rationem quare inde poſſint procreari gigantes:quia ſcilicet demones nouerunt uirturem ſeminis ab homine deciſi & proportionem mulieris cui illud inferunt:& occurrentes conſtellationes ad hoc iuuantes.ſubquibus infunditur. Nec tñ eiuſmodi feda exercitia demones frequentant,quia uoluptatibus eiuſmodi afficiantur:ſpiritus enim carnem & oſſa non habet: ceterum ideo ut homines animo & corpore maculentur & pereant.

¶ Punctum tertium. Nec his quibus aſſertum eſt per demones incubos poſſe homines generari repugnat primo. q̃ humane generationis modus a deo inſtitutus eſt:ut ſit per marem & feminam geneſis primo. Dico enim q̃ quia deus ratiõalem creaturam modo ei congruo regit & gubernat.i.cum libertate arbitrii multotiens permittit eam aduerſus ſua inſtituta operari & hominem fornicari & demonem generare hominem per modum predictũ: qui tamen non demonis ſed uiri a quo ſemen quo demon utitur deciſum eſt filius ſit:ſicut etiam ſacramentum matrimonii a deo inſtitutum per diabolica maleficia uitiari põt:ut probatum ẽ. Nec tamen opus diaboli fortius eſt opere dei:quia illud non uitiat per uiolentiam ſed deo permittente:de quo etiam ſupra dictum eſt.

¶ Non obſtat ſecundo q̃ procreare hominem ſit actus uiui corporis:quo utiq; demon careat oportet:ut probatum eſt. Dico enim q̃ eo caſu homo ab homine uiuente procreatur:a quo ſemen deciditur:demon tamen ibi habet localem motum quo ſemẽ admouet mulieri:ſicut ignis cibum excoquit, quem tamen admouet coquus. quod utiq; demõ facere poteſt multipliciter. primo excipiẽdo ſemen reſolutum ab homine in ſomno aut uigilia:ſecundo exhibẽdo ſe ſuccubum uiro.& excepto ab eo ſemine illud ſub forma incubi exhibendo mulieri uel alteri demoni qui eidem incubus fiat & eiuſmodi. Semen ſecundo modo reſolutum eſt uigoroſius natura enim magis in coitu nitiť ad preſentiam femine q̃ alias:poteſt etiam per demonem naturalibus actiuis cõſeruari foueri & roborari. Cum autem demon ſemen & excipere & infundere inuiſibiliter poſſit libentius hoc uiſibiliter aut ſaltem ſenſibiliter facit:ut

uel ſic homines magis concitentur in libidinem & maculētur. Dixi uero aut ſenſibiliter: quia plerunq́ʒ demones in tenebris exhibēt ſe incubos etiam perſonis deuotis deo permittente: & hoc expertum eſt: imo uiri aut mulieres que ſic temptari adeo permittuntur ut ad latus ſentiant apparenter maſculum aut feminam, ſi boni ſūt non niſi optimi & fortiſſimi eſſe queunt: neq́ʒ enim deus militi imbecilli tam uehementem temptationem inferri ſineret: qui temptari nos ſupra uires non permittit. Quod uero demon uiro ſuccubus ſperma tradit alteri qui fiat incubus: ratio reddi pōt. ut quiſq́ʒ demonū aliquid operet̄ ad malum: & ſuo principi famuletur: dū unus ſuccumbit uiro mulieri uero alter incumbit. Non obſtat tertio ꝙ ſicut anima noſtra: ita & demon uidetur nihil poſſe mouere localiter niſi corpus a ſe uiuificatum: aridum enim digitū non mouet anima: & conſequenter cum ſemen non uiuificet: illud nequit localiter admouere mulieri. Dico enim ꝙ rō nō ſequitur: quia iſta ideo contingunt ꝙ anima ſit ſpiritus intellectualis infimus & corpori naturaliter unitus: & conſequenter ad illud mouendum naturaliter limitatur. Angelus uero non ſic limitatur ad unum corpus: quia nulli naturaliter unitur: & cum nature ordine anima ſit altior: habet mobile ſibi proportionatum latius: & conſequēter corpora multa: & conſequēter quodlibet eorum immediate reſpicit. ¶ Nec obſtat quarto ꝙ demones corpora ſibi propiora mouere nequeunt. i. celeſtia: eſſent enim in celo: cum mouens ſit coniūctū mobili ſeptio phi. quod neq́ʒ platonici neq́ʒ xp̄iana fides habet: conſequēter autem nequeunt mouere remotiora. i. inferiora. Non obſtat inq̄ quia dico ꝙ ſi demones fuerunt omnes ſub uno qui ordini terreſtri preeſſet ſua uirtus naturalis ad celeſtem motū ſe minime extendit: nec illa corpora ſunt eis propiora iſtis: aut proportione aut ſitu: cum iſta ſint eis ad motum proportionata nō illa: & ipſi longe a celo diſtent. quippe qui in abiſſo uel in aere ſunt ad noſtrum exercitium relegati. Si uero ſupremus eorum fuit ſupremus inter angelos ſimpliciter (ut credo) conſequenter uero de ordine quolibet ceciderunt: omnes aut aliqui eorum celos naturali uirtute rotare poſſent altiori modo q̄ eorum motores ſicut aut omnes aut quidam naturali ordine ſunt altiores iuxta ſententiā hanc: ſed deus non permittit in penam peccati eorū

ne ſibi ſint tam nobiles cooperatores in generatione oium rerum maxime uero electorum. Et ſiquo modo ad eorum uirtutẽ in ſuo naturali ordine pendebant celeſtes motus: deus ſua omnipotenti ſapientia aliunde ſuppleuit: ne diabolo mouente celum tot & tanta beneficia ab eo capiamus.

¶ Punctum quartum. A predictis autẽ illecebris & ſordidis actionibus poſſent mali demones per angelos bonos cohiberi. quod tamen crebro non faciunt. Ratio primi. Nam ſecundum grego. in quadam omel. poteſtates dicuntur angeli quorum ditioni uirtutes aduerſe ſubiecte ſunt: & aug. in tertio de tri. ſpiritus inquit uite deſertor atq; peccator regitur per ſpiritum uite rationalem. pium & iuſtum: & preterea ſicut creature deo ꝓpiores & ideo perfectiores aliis influunt: q. ſ. totus prelationis & regiminis ordo ſit originaliter in deo: & ſecundum propinquitatem ad deum participet ita etiam angeli boni deo maxime propinqui & uniti propter ipſam qua demones carent dei fruitionem demonibus principantur & demones regunt. Ratio ſecundi. Nã angeli diuine ſapientie miniſtri ſunt: omnes enim quod ait apoſtolus ſunt adminiſtratorii ſpiritus: unde ſicut diuina ſapientia ita & miniſter eius angelus bonus nonnulla mala fieri per malos angelos aut homines permittit ut inde bona maiora deo operante emergant: ad promotionem bonorum & malorum punitionem, perfectionem uniuerſi: & gloriam ſummi dei.

¶ Punctum. Quintum. Incuborum ſuccuborumq; ſpurcitias: nõ exercent demones uniuerſi: ſed quidam inferiores. Hoc enim eorum nature congruit: qua ab inſtanti productionis ſue, ordinati ſubinuicem fuere: cum omnes inuicem ſpecie differant: ut ſupra oſtenſum eſt libro primo: & eſt ſententia dio. 10. ca. cel. hierar. qui in eodem ordine primos medios & infimos aſtruxit: naturam aũt peccatum non abſtulit. unde naturalia demones non amiſerunt: ut ſupra dictum eſt: naturales autem rerum conditiones operationes rerum proprie conſequuntur eiſq; proportionantur & congruunt: unde multarum naturarum operationes ſunt multe & ſuperiorum ſuperiores: conſequenter autem infime infimarum naturarum ſint oportet. Congruit & id diuine ac perinde infinite ſapientie: ut ea que ab ipſa ſunt ordinata ſint: ut apoſtolus ad ro. 13. profi

tetur.unde quia demones a deo ſunt ordinati ſubinuicem ſunt:& quia ad exercitium hominum ab eodem deputati ſunt:ut exercitio boni proficiant & mali pro meritis damnati excrucientur:etiã hoc deus ordinate fieri uoluit. Congruit etiam & diabolice neqtie:quia cum humano generi pro uiribus aduerſetur.ut magis impugnet ordinatius pugnat:unde apud diuinorum tractatores ſub ſathana rege tartareo ſunt duces qui de luxuria q de gula & eiuſmodi tentent: & ſatellitibus ſuis pro cuiuſq natura conſequenter ingenio & nequitia ſua mandent imperia. Ex his ergo patenter concluditur luxurie nephanda opera non exerceri ſtatim & ſine medio per nobiliores demones:ceterum per eos potius qui in ultimo choro ſunt ultimi.Immo quibuſdam uiris etiã peritis uidetur ꝙ a toto genere demones ſodomiticum & alias omne contra naturam.i.extra debitũ uas coitus uitium horreant:quod inde arguunt tum quia nunq̃ in hoc legitur turpiſſimus demon ſe aut incubum aut ſuccubum exhibuiſſe:tum etiam quia in ſuis opibus ſicut natura. ita & demon ſuperfluum effugit: eſt autem ſuperfluum effundere ſic ſperma ut generatio ſequi nequeat: tum quia archie.hoc uidetur ſentire adducens theologie compẽdium :ſed his non obſtantibus in contrarium eſt ueritas:quippe uniuerſaliter ſtrigimage que in eiuſmodi ſpurcitiis uerſantur,aliqd turpiſſimum:(quod tamen ſcribã) aſtruunt uidelicet demonem incubũ uti mẽbro genitali biſurcato: ut ſimul utroq uaſe abutat̃. Ad primũ ergo in contrariũ dico cõſequentiã nõ ualere: nõ legit̃ ergo nõ eſt uerũ:quia nec oĩa facta ſcribunt̃ nec legunt̃ oĩa ſcripta: vñ arguit̃ ab auctoritate negatiue qđ minime licet. Ad ſecundũ dico illud eſſe quidem ſuperfluum in ordine ad naturam. non ãt in ordine ad finem gratia cuius demon incubus operatur:qui eſt ut ſtrige ſibi deputate adeo ſue immergantur uoluptati:ut eas ſemper ſibi detineat alligatas:& pereãt. Ad tertiũ dicitur archie.nõ aſſertiue ſed recitatiue loq̃:ut magis homines terreret & auerteret ab eiuſmodi dãnãdis criminibus. Nõ obſtat q̃ ãt huic ultimo pũcto ꝙ ſicut ad rõem bõi ptinet modus & ordo apud aug.de nã bo.ita ad rõem mali ptinet iordinatio. & ꝯſequẽter actiões malorũ angelorũ nõ ſunt ordinate:ut infime infimis cõgruãt. Nõ obſtat inq̃: dico em̃ ꝙ &ſi bonũ ſine malo iueniri poſſit:ut in deo & beatis:nõ tñ ecõtra ſine bono malũ :qđ ſemp in nã bona fundet̃ oportet:

cum priuato ſit:q̃ ſine ſubiecto eſſe nequit. Et ideo demones inq̃tum naturam bonã nacti ſunt, ordinati ſunt: & ordine quodã malas & perinde inordinatas actiões ſortiũtur: inq̃tũ uero mali ſunt actiones habent ſine ordine ad finem debitum ſibi a deo preſtitutum. Vnde iob.x. ubi nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat: ſic intelligitur quia in inferno (ubi tñ non ſunt demones qui nos impugnant) nõ eſt ordo operationum bonarum moraliter: que. ſ. ſint ad debitum finẽ relate: cũ dãnati omnia referant ad ſuũ finem ultimũ qui non creator ſed creatura eſt: & longe minus in eis eſt ordo actionũ meritoriarum eterne felicitatis: eſt autem ibi ordo nature: & conſequenter exercitiorum in puniendo malos: q̃ tñ eſt a deo potius q̃ a malis angelis. ¶ Nec. 3. obſtat dicere ꝙ non omnibꝰ eiuſmodi actibus turpiſſimis uacare, nõ põt eis conuenire a natura, quia eadem eſt que ante pctm̃: neq; a culpa uel pena: qa cum iſta maiora ſint in maioribus, in eorum penam deberent huiuſmodi miſerrimis actibus addici. Non obſtat inq̃: quia dico hoc eſſe propter natuã: q̃ itegra quia eſt: ſuperiori ſuperior operatio cõgruit. ¶ Non obſtat. 4. ꝙ ubi nõ eſt ſubiectio & obediẽtia: ut iter demones: inter ſuperbos enim ſemper iurgia ſunt. prouer. 13. ibi ẽ actionũ indifferentia. Dico enim ꝙ in eis eſt concordia non amicitie: ſed nequitie: ex qua & odiunt homines & iuſticie diuine pro uiribus repugnant. Et eiuſmodi concordia conſueuit eſſe apud impios: ut ſe ſubiiciant eis qui ad ſuam nequitiam peragendam aptiores & fortiores ſunt.

¶ Eſt in rerum natura ſtrigimagas, & que ſecta earum. Capitulum Quartum.

Etſi iam ex dictis magas & ſtrigas eſſe liquet: quippe quibus probatũ eſt eẽ utrũq; hominũ genus: reliquũ tñ eſt ut etiam ſtrigimagas eſſe probemus: qđ equidem fiat oportet, ſi eaſdẽ pſonas & ſtrigas & magas eſſe pbarim: quod nõnullis punctis agendũ eſt.

¶ Punctum Primum. Per magas ad ſtrigiatum & magica flagitia: homines tribus modis aduocat demon. Et in primis quidẽ per tedium tẽtationum & aduerſe fortune: quibus homo pleruq; magarum

magarum preſidia cogat expetere. Nam profitente diuo greg. diabolus frequenter hominẽ tentat ut ſaltem per tediũ uincat: quod tñ itellige citra uires hois quem deus tẽtari ſinit: ne propria ignauia marceſcat: in cuius figurã deꝰ oli gentes nõnullas in terra iſraelis remanere uoluit: ut in eis erudiret iſrael iudicũ. 2. & in noua lege oportet hereſes eſſe: ut qui probati ſunt manifeſti fiãt: ut ait apoſtolus. Igitur peruerſiſſimus demon quoſdã etiã innoxios per maleficas tantis dãnis afficit temporalibus: ut quaſi cogantur maleficarum remedia expetere: & cõſequenter earum conſiliis niti: quibus ad ſtrigiatum primo: deinde uero ad maleficia trahantur huiꝰ rei experimenta & exempla adeo multa ſunt: ut nõ oporteat nos in hoc fatigari: de quo inquiſitores uniuerſi interrogati reſpondere poſſunt: quot mulieres eis officio ſuo inſiſtentibus conqueſte ſunt aut etiã conqueruntur: ꝙ propter dãna illata uaccis lacte priuatis & aliis iumentis maleficas conſuluerint: & oblata ac oportuna remedia perceperint: ita tñ ut ſemper uni ſpiritui promitterent aliquid quod modicũ eſſe aſſerebant: modo illius magiſtri informationibus aſſentiret ſuper certis obſeruantiis tẽpore diuinorũ aut confeſſionis & eiuſmodi. Vbi illud aduertendum eſt ꝙ artifex ille mille hñs nocendi artes. 16. q. 2. uiſis: ſemper tñ inchoare a minimis aſſueuit: ut ꝙ ſpuat in terram eo tẽpore quo ſacramentum euchariſtie eleuatur: uel claudantur oculi (q̃q̃ hoc ſecundũ ex humilitate & ne tentationes incredulitatis mentẽ uexent fieri licite poſſit) aut ꝙ cũ ſacerdos dicit dñs uobiſcum: reſpondeat aliqđ uerbũ irriſorium: aut ꝙ pctã mortalia nunq̃ integre fateantur: & eiuſmodi: ſicq; ad omnimodam fidei negationem & ſacrilegam profeſſionem de qua puncto ſequenti tandẽ adducunt. Et hoc primo mõ ad matronas honeſtas carnalibus uitiis nõ infeſtatas utũtur. Ad iuuenculas autem & alias que illecebris carnalibus infeſtãtur: utuntur alio per carnis uoluptates ſeducentes: ubi illud in primis aduertere expedit: ꝙ apud remigium in ſanctificatis diaboli tentamenta craſſantur: unde ſicut bonos q̃ malos tentare mauult q̃q̃ mali habiliores ſint fraudibus eius & lenociniis obtẽperare: ita quoq; honeſtiores uirgines puellas, magis decipere conatur: cui rei teſtimonium eſt experientia & ratio, quippe qui cum malos iam poſſideat: anhelat ad bonos obſidẽdos & poſſidendos: inſtas

principum humanorũ:qui magis contra eos qui de ſuo iure plus obtinent:plus oppugnant.Ex malleo qui maleficarum inſcribitur in oppido rauenſpurg.quedam balneatrix ſe a diabolo multa paſſam aſtruxit:quod deuotam quandam uirginem prediuitis filiam ſeducens non duxerit die feſto ad loca ubi cum ea demon in ſpecie iuuenculi ſua colloquia habuiſſet:ꝙ ea uirgo ſemper ſigno crucis utiꝙ inſpirante angelo bono ſeſe tutata ſit.Quedam etiam alia uirgo tunc ut ibi dicitur in dioceſi argẽtina uni ex inquiſitoribus faſſa dixit:dum in paterna domo aliquando die dominica ſola cõſiſterem:ex oppido uetula balneatrix uiſitandi gratia me adiuit:& inter ſcurrilia multa uerba:hec in calce ſue narrationis intulit.Ad locũ ubi iuuenes toti oppido incogniti moranꝰ te deducam:modo placeat.dum uero annuiſſem:ubi ad gradus ſcale qua ad eos domo quadam aſcenderetur uentum eſt:uide ait:ne ſigno crucis te conſignes:quod utiꝙ ſpopondi: clanculo tamen poſt eam me fidelium more ſignaui. Cum ergo ſummum ſcale gradum ante iuuenum cameram uetula conſcendiſſet:ſe uertens animo ſtomachato.& toruo aſpectu in me uerſa:en maledicaris inquit:ſigno crucis cur te muniuiſti:hinc in nomine diaboli abſcede:ſicꝙ ad propria illeſa redii. Deniꝙ prefata balneatrix incinerata tandẽ & ipſa in hunc modum a uetula ſeductam ſe aſtruxit:unde patet ꝙ uerſute antiquus hoſtis in animas maximeꝙ uirgeneas bacchatur.Hec tamen uetula de conſodali quadam ſua in hec uerba retulit. Cum amaſium ſuum fornicationis gratia inuiſere pertexiſſet.demonem in forma humana itinere medio obuium pertulit: a quo demone incubo cognita:& interrogata an illum cognoſceret:cum reſpondiſſet minime:demon inquit ille ſum: & ſi me ad tuum beneplacitum uolueris ſemper ero preſto.nec te ĩ quibuſuis neceſſitatibus deſerã. Cui dum annuiſſet decem & octo annos cum eo in ſpurciciis exegit.cum fidei tamẽ abnegatiõe omnimoda. Tertius uero modus eſt per modum paupertatis & triſtitie. Iuuencule enim corrupte & ab amatoribus ſprete quibus nubẽdi gratia ad rem turpem conſenſerant:ubi ſe & infamatas & corruptas & relictas perſpexerint: ad quecunꝙ preſidia diabolica ſe cõuertunt:aut irriſorem amatorem maleficiãdo:aut ſe omnibus ſpur

ciciis paſſim maculãdo. Et ſicut prochdolor talium iuuẽcularum ſic & magarum non eſt numerus: ut ſupra dictum eſt.

¶ Punctum ſecundum. Sollemniter & tacite ſtrigas profiteri diabolo ad inſtar religioſorum. liquet: ut etiam ſupra utcunq; tactum eſt. Cum enim ſuaſus uir aut femina ſectam ſtrigarum intrare uoluerit: anteq̃ admittatur. profitetur aut ſollẽniter aut priuate: ſicut ipſemet reuelarunt. Sollemnis ſic fit. Malefice certa die in contionẽ ueniũt: & demonem in hominis effigie uident: qui exhortationem habet ſeruãde ſibi fidelitatis. uitam longam & ſecundam fortunam ſpondens. Deinde ex eis certe aſtantes. nouitiam ad diabolicam religionem ſuſcipiendam. preſentantes. diabolo commendant: qui ſi nouitiã uoluntariam reperit. de fide chriſti abneganda & xp̃iano cultu & extenſa muliere (ſic enim beatam uirginem uocant) & de ſacramentis nunquam uenerandis: extenſa diabolica manu manum nouitie apprehendens ſtipulantur. Illaq; p̄mittit: ac deinde demon ſtatim ſubiungit iſta non ſufficere: & requirẽte nouitia aut nouitio quid amplius exquiratur: homagiũ inquit: quod illud continet ut quo ad animam & quo ad corpus ſibi eternaliter p̄tineat: & p̄ uiribus quoſcũq; alios utriuſq; ſexus ſibi aſſociare curet. Alius modus profitendi priuatus: ſeorſum demoni quacunq; hora & loco fieri poteſt: & uariis modis fit. Interdum enim aut uiris aut mulieribus afflictione quacunq; detentis adeſt demõ. interdum uiſibiliter: interdum per medias perſonas alloquens: & ſi ſecundum eius conſilia operari uelint ac ſpondeant: omnia ſecũda pollicetur ad nutum: a paruis tamen ut ſupra dictum eſt inchoando ut ad maiora ducat. Hanc autem profeſſionem uel tacitã uel ſolemnem non aliter q̃ infinitis proceſſibus inquiſitorum probare oporteret: quorum nullus eſt qui ante omnia non contineat q̄ negarint fidem conculcarint crucem diabolum adorarint: & ſeſe ei dederint: auctores tamen mallei malefi. de hoc pleniſſime ſe doctos aſſerunt per iuuenculam maleficam: ſed conuerſam in agro briſiaco a ſua matertera incinerata edoctam ſic. Cum inquit die quadam ſcanderem gradus & iuſſu eius cameram intratura eſſem: cum iuuenes quindecim uiridi colore ueſtitos conſpexiſſem: elige inquit ex his unum in ſponſum quem

maluerisːeumq; tibi tradam.Cum autem me nullum uelle reſpon
diſſem grauiter ceſa tandem acquieui premiſſo modo:ac abin-
de ſepius cum ea intempeſta nocte multa ſpacia terrarum tranſiui
mus etiam ab argentina coloniam uſq;:interrogata uero an ima-
ginarie an realiter portarentur:reſpōdit ꝙ utroq; modo:prout ēt
ſuperius dictum eſt.Confirmatur etiam hic modus profitendi per
ea que in ſuo formicario io. nider aſtruxit: qui ſe hunc accepiſſe
ſcripſit ex relatu inquiſitoris edueñ:qui ꝙ quidam magi in lauſa
nenſi ducatu proprios filios excoctos manducarāt aſtruxit.addēs
ꝙ modus talem artem perdiſcendi fuit.ut maleficis in cōtionē
uocatis.demonem in forma hominis uiderent:cui diſcipulus fu-
turus fidem neceſſario preſtat de negando xp̄iano cultu & calcan-
da cruce ubi latēter fieri poſſet:& euchariſtia nunq̄ adoranda.Re
fert quoq; fuiſſe famam referēte petro quodam iudice in boltigē
ꝙ in terra barnenſium tredecim infantes magi uoraſſent: unde &
publica iuſtitia ſatis dure ob hoc exercebatur: & animaduertebat
in eiuſmodi ſceleſtiſſimos homines Cumq; a detenta quadam ma
lefica quonā pacto infantes comederēt petrus exquiſiuiſſet: reſpō
dit.Modus iſte eſt:infantibus nōdum baptizatis precipue inſidia
mur:ne.ſ.ſaluentur.maxime ſi crucis ſigno & orationibus nō mu
niantur.hos inquit in cunis aut ad parentū latera noſtris cerimo-
niis enecamus.de tumulo deinde clanculo eos excipiētes :& ī cal
dario decoquimus quouſq; euulſis oſſibus tota caro efficitur pe-
ne potabilis:& de groſſiore quidem materiā unguētū cōficimus
noſtris uoluntatibus &artibus ac ſubuexīonibus accommodū:de
materia uero liquidiore uas replemus.de quo qui potarit additis
paucis cerimoniis ſtatim conſcius & magiſter fit ſecte noſtre.Ad
idem in bernenſium iudicio iuuenis cum uxore malefica captus:
& ſeorſum carceri ī intruſus.dixit.Si meorum facinorū ueniā con
ſequi poſſem libentius in lucem efferrē cuncta que de maleficiis
ſcio:mori enim me ut uideo opportebit.Cumq; eum aſtantes lit-
terati confortarent & ueniam ac miſericordiā eum cōſequi poſſe
modo uere peniteret aſtruxiſſent:tunc letus ſe morti obtulit:& ſic
exorſus eſt.Ordo inquit &c.ut ſupra capitulo ſecundo puncto ſe-
cundo.Iuuenis hic preconfeſſus in magna cōtritione mori uiſus
eſt.uxor uero teſtibus cōiucta quicq̄ ueritatis etiam in queſtioni

bus ipſis faſſa nō ē ſed neq; in morte:quinimmo parato incendio uerbis peſſimis lictori maledicens in cineres redacta eſt. Sic ergo patet modus profitendi:qui ubiq; in ſubſtātia idem & ſi quoquo modo ſit uarius in accidentibus eſt uarius.

¶ Punctum tertium. Quare & q̃multipliciter demō homagium expetat. Homagium q̃tum ex ſtrigimagis colligi potuit hac rōe a profeſſione ſecernitur, ꝙ profeſſio quidem eſſentialiter in totali aut partiali fidei negatione conſiſtit:totali quidem ut cum ex integro fides negatur:partiali uero ut cum ex pacto inito cum morte aliqua contra eccleſie ritū ſeruantur:puta ꝙ diebus dominicis ieiunetur:ꝙ ſexta feria carnes edantur:aut certa crimina in cōfeſſione taceantur:& eiuſmodi. Homagium uero in anime & corporis traditione conſiſtit:illud ergo demon expetit ea ratione uel in primis, ut ad irreuerētiam & offenſam maiorem diuine maieſtatis creaturam traducat:& ut certior ſit ꝙ illam in eternam damnationē ſecū adducat. Exptos tñ ſe dñt multi ex ṗcipuis inqſitoribus; ꝙ homagium interdum demō una cum profeſſione acceperit:interdum uero profeſſione ſola in preſenti contentus ad certos annos homagium differt. Quare autem ſic practicetur ex parte quidem peruerſi demonis multe cauſe deprehenduntur. Prima. Cum enim niſi ex ſignis & coniecturis cogitationes non norit:ſi quidē nouitiam ad conſenſum difficilem preſenſerit:blande aggredit̃ ut paulatim ad maiora deducat. Secunda. Cum inter eos qui fidē negant diuerſitas ſit quibuſdam ore ſolo:quibuſdam ore & corde negantibus:an corde profiteantur experiri nolēs ille dominus abbas inferorum:tempus quaſi probationis inſtituit:ut interim ex operibus & conuerſatione mentes experiatur. Tertia. Nam ubi ex lōgo tempore nouerit aliquam minus uolūtariam. ſibiq; ore magis adherere quā corde:preſumitq; diuinam miam ex angelica cuſtodia illi affuturam:eam inde abiicere & aduerſa fortuna fatigate conatur:ut uel ſic eam ex deſperatione lucretur. hec & ſimilia nō niſi inquirētium practica & exqſitis ꝯiecturis poſſunt agnoſci. uñ eni hoc ꝙ in tormētis. quedā ſtrigimagaꝝ nullo mō quedā uero facile ueritatem fateantur:item unde ꝙ ipſe poſtq̃ uerum faſſe ſunt ſibi ipſis mortem laqueo aut quouiſ modo poſſunt aſiſcunt. Neq; enim a bono ſpiritu aut ad ſilentium aut ad confeſſionem

coguntur:ſed aſtuti demonis opera eiuſmodi eſſe deprehẽſa ſunt qui eas quas toto corde & profeſſiōem & homagium emiſiſſe cō ſequenter autem & pertinaces nouit iuuat prebẽdo taciturnitatis beneficium.aut uerius maleficium:de quo infra libro tertio:alias uero derelinquit nec tuetur ꝗ eas ſibi minus proficuas putet.Hoc dicunt inquiſitores ſe experiẽtia didiciſſe:quippe qui omnes quas incinerarunt per earum confeſſiones circa maleficia inuoluntari as fuiſſe norunt:quod tamen ſub ſpe euadendi nequaꝗ̃ dicebant. cuius etiam rei argumento erat plerumqꝫ facies tumida & liuens: ex demonum uerberibus:quibus non ad beneplacitum inſeruiſ ſent. Quod uero poſt confeſſionem ſibi mortem pro uiribus in ferant:experientia teſtis eſt:quod malus demon efficit'ne ſacramẽ tali confeſſione ſaluentur.

¶ Punctum quartum.Strigimagas eſſe iam liquet.Si enim ſunt magi & mage ſtrigii ac ſtrigie:& illi iidem qui magiſtrigii & que mageſtrigie ſunt:iam ſtrimage ſint oportet.Ita uero eſſe ex profeſ ſiōe ac homagio ſtrigiarũ liquet:quippe que ad maleficia ſe obli gant:ut patuit.

¶ Punctum ultimum.Quomodo autem ſtrigimage ad ludum aut maleficia localiter ferantur a diabolo: quantum experientia docuit & inquiſitores retulere: dico ꝙ multis modis. Quan doqꝫ enim cum perſone ſunt uiles & locus uicinus, ſuis pedi bus incedunt: quod equidem in agro cumano ex proceſſibus factis in terra muſci liquet: ubi omnes ſic adire ludum planum eſt: Interdum uero equis aut hircis aut aliis effictis beſtiis fe runtur: que ſunt quidem apparenter beſtie demones autem uere ut ſupra de eo dictũ eſt qui forte etiam nũc monachus uiuit.Inter dum uero & uſitatius practicatur ut cōfecto unguento ex mẽbris puerorum precipue non baptizatorum baculum aut ſedile iungant aut etiam ſe iter manum & brachium ſub certo caractere & ſtatim ſublate in aera feruntur:quod infinite earum confeſſiones aſſeue rant. Interdum etiã ferũtur nullo adhibito corporeo inſtrumẽ to ſed ſola demonis uirtute aſſiſtẽte:ueluti ſupra de ſcolari patuit qui ceruiſiam erat allaturus.Feruntur autem die & noctu ut libet & inuiſibiliter diabolo interponẽte aut circũuoluẽte corpus aliquod ſicut de enea dicit uirgilius cum cartaginem adiret:quia licet fin-

xerit:dixit tñ poſſibile & ſimiliter ĩterdũ uiſibiliter.Henri.inſti. & ſociꝰ i hec fere uerba teſtanť.In oppido ualzhut ſup reno conſtã. dioceſis:malefica opidanis & inuiſa & ſuſpecta.ꝙ ad nuptias non fuit inuitata.ad quas pene totũ oppidũ fluxerat:aduocato demõe ut grandinẽ ingentẽ ſup choreas & reliquos inuitatos dumtaxat ĩferret precabať.Ab eo uero ſuper monticulũ ꝑpe oppidũ ſine ullo corporeo inſtrumento uidentibus paſtoribus quibuſdã delata facta parua foſſulla. cũ ei deeſſet aqua quã inferret(quod ex more faciunt concitature tempeſtates:ut dicetur)imminxit & urinã digito mouens:ſublato in aera uirtute demonis humore:ingens grãdo cunctis mirantibus ſuper iam dictos cecidit:& de hac malefica ſuſpicãtibus eo magis ꝙ ſtatim poſt ingreſſa eſt oppidum.& paulo poſt paſtores uiſa reſerarunt.Vnde capta & faſſa eſt hec & alia ac demum in cineres igne ſoluta.

¶ Strigimagarꝝ genus cũ incubis & ſuccubis reſpectiue illecebris flagitioſe domeſticeꝗ uerſari ca. quintum.

QVia iam abunde an & quid ſint ſtrigimage deductum eſt.deꝗ ſecta ipſa dictum:iam de earum operibus tractandum eſt:& in primis de eo gratia cuius in talia feruntur: ideſt turpiſſima uita quam cum incubis & ſuccubis reſpectiue ducunt. Quod equidem multis punctis abſoluemus.

¶ Punctum primum. Strigimagarum genus & ſi etiam ex uiris cõſtat amplius tamen ex mulierculis:unde & femineo genere uti in eiuſmodi conſueuimus. ¶ Primo.Prouerbium eſt tria eſſe que in bono uel malo mediocritatem non obſeruant: lingua,perſona eccleſiaſtica.& femina. Et de lingua docet experientia: unde & eſopus iuſſus emere carnes optimas, linguas emit:& itidem iuſſus emere peſſimas linguas denuo emit:& iraſcenti domino ꝙ non perfeciſſet iuſſa: immo inquit quia lingua bona nihil melius nec peius mala.de eccleſiaſticis uero quo ad regulares aug.ad uincẽ.dona.paucis uerbis multa complexus:ſimpliciter inquit fateor charitati ueſtre coram domino deo noſtro,qui teſtis eſt ſuper animam meam ; ex quo deo ſeruire cepi: quoniam difficile expertus ſum priores. ſicut & non meliores quam qui in monaſteriis defecerunt aut pfoecerunt. Hec ille.Ratio uero eſt quia

eum aſſidue uerſentur in diuinis:oportet ꝙ diuinis inſpirationib^9 aut iugiter aſſentiant & fiant optimi:aut iugiter diſſentiãt & fiant peſſimi. In clericis autẽ ſecularibus eadem ratio militat :tñ modo differẽs p magis & minus:unde ut criſo.dicit in omel.ſuper illud eiecit de tẽplo &c.ſicut inquit omne bonum a ſacerdotio:ita & ab eo egreditur omne malũ. De femina uero preter experientiam idem diuinis litteris liquet:nã eccle.25. nõ eſt caput nequius ſuper caput colubri:& non eſt ira ſup iram mulieris:cõmorari leoni & draconi plus placebit :q̃ habitare cum muliere neq̃. Et infra: breuis eſt inquit ois malitia:ſuper malitiam mulieris.ſ.male. De bona uero idem ca.26.mulieris bone beatus uir.unde & de bonis preclara in litteris diuinis & humanis leguntur.Eligit ergo demõ magis mulieres q̃ uiros & mauult:quaſi in omnia facinora proniores & ad quedam etiam aptiores:ut ad ea que obſtetricũ miniſterio patrantur. ¶ Secundo. Nam mulieres ad credendum ſunt proniores:unde quia fidem euertere demon uel imprimis querit feminas potius adoritur. ¶ Tertio. Quia propter complexionis fluxibilitatem facilius impreſſiones patiuntur: conſequenter autẽ ad reuelatiões ſpiritibus ſeparatis iprimentibus habiliores ſunt. ¶ Quarto. Quia ꝑpter lubricitatẽ ſue lingue malarũ artiũ doctrices & auide & pene coacte fiunt:dũ neſciunt tacere q̃ norũt:accedit uero ꝙ ob animi puſillanimitatẽ: cũ aliud nequeant ad maleficia pro uindicta facile cõuolant. Sunt q̃ plures eiuſce rei alie rationes.

¶ Punctum Secundum. Corpus quo incubus aut ſuccubus demon hominibus eiuſmodi turpibus actibus miſcet :in ſubſtantia aereum ẽ ſic tñ groſſis uaporibus & terreis ꝯpreſſum & condenſatum ut ad terre ꝓprietates accedat :quod ſic elucidatur. Aereũ enim ſimpliciter eſſe nequit: ꝙ ſit infigurabilis aer:niſi figura aliena cuius rei ſignũ eſt nunq̃ ſuis,ſemper aũt alienis terminis clauditur:& in ſua ſpera ubi ad concauum ignis & maria ac terras finitur: et extra ſuam ſperam : quippe qui ne uacuum detur angulos omnes rei qua ambitur occupat. Quia uero maxime tranſmutabilis eſt aer :& in quodcũq; uertibilis ideo in ſe eſt ꝯpetens talis corporis materia ut ex eius ſubſtantia ſibi corpus demon aſſumat :cuius etiam rei ſignum eſt : ut libro primo dictum eſt : ꝙ corpus illud animi truncare aut confodere nequiuerunt :ꝙ.ſ.ſtatim coeant

diu iſſ

diuiſi aeris partes:quia tñ figurari nequit niſi terreſtre aliquid mi ſceatur:aerem illũ inſpiſari:quoquo modo & ad proprietatẽ terre ꝓpinquare oportet:aeris tñ natura ſeruata :quod demones utiq; motu locali quo partes aeris cõprimantur:& uapores terrei groſſi eleuati miſceantur:facere poſſunt. Quod ubi faciunt demones ad alicuius rei proprietates ſignandas ſiue angelici ſiue hominis ſiue equi uel eiuſmodi:dicuntur illa corpora ab eis aſſumpta: in quibus ſunt non ut anime uegetantes & uiuificantes ſed ut motores inſtar ſcilicet naute in naui :alias uero ubi talia corpora nõ ipſi effingunt:ad aliquid ſignandum: ſed effincta ut a deo uel a natura mouent: ueluti linguam aſine balaam: & arreptitiorum membra malus angelus mouerit: non aſſumpta eiuſmodi corpora:ſed occupata dici conſueuere.

¶ Punctum Tertium. In aſſumptis uero corporibus cum ſtrigimagis demones loquuntur, uident, manducant, coeunt & generant:que quonam pacto faciant detegamus. Sonus eſt percuſſio aeris ad corpus ſolidum :puta campanã uel lignum qui ſi ab animali fiat per eos uox dicitur:animal enim ad cordis refrigerium aerem inſpirans & attrahens per pulmonem & illum ad uocalem alteriam in gutturis extremo expirando percutiens uocat q̃q̃ &:ſine pulmone & attractione ae is poſſit uocem emittere animal qđ alec facit cum extra aquam ſtatim eſt moriturus :uocem enim ferent. Si uero ſonus ab ore animalis emiſſus per per linguam & Dentes & labia ſic dearticuletur ut aliud q̃ naturales paſſiones deſignet dictio eſt: & ſi dictio dictioni ſic iungatur: ut enuncietur aliquid complexe loquutio eſt. Sciendum enim ꝙ bruta uoce ſua ſuas paſſiones uel affectiones quidem deſignat:& aliud nihil ſunt timorem, letitiam dolorem, famam, ſitim & cetera .unde nõ loquuntur immo nec homines eo caſu loquũtur niſi dicamus infantem loqui dum plorat :aut hominem dum ridet: homo uero mentis conceptum loquutione promit :per loquutionem aerem motum & ſonorum diſtinguens ac dearticulans proxime in ore: deinde uero ſucceſſiue extra quidem : ſed tamen prope os: & ſic conſequenter ad aures uſq; eius qui eſt per aures alterius conceptum percepturus. Demones ergo quia nec pulmonem nec dentes nec linguam aut labia habent uera ſeu naturalia :ſed apparen

tia tantum:proprie non loquuntur:quia tamen mente concipiūt & conceptum quibuſdam ſonis motu locali aeris inſtar dictionum dearticulātes exprimunt loqui per ſimilitudinē dicunt:non attracto uel reſpirato aere:ſed in chriſto aſſumpti corporis ſimulato ore proxime moto & percuſſo:deinde ad contiguum uſq; ad aures magorum. ¶ Et non modo loquuntur uerum etiam cantant. Quidam in ciuitate bononia ſatis religioſus ſacerdos mihi amicus cui hieronimo auiola ſeu lira nomen erat q eiuſce inſtrumentum peroptime tāgeret:mihi ad annū domini circiter.1500. in hanc ſententiam retulit. Ex nigromanticis quidā mihi inquit cognitus:interdum etiam domeſticus:dum me liram tāgere crebro uideret:oſtendam aiebat aliquando tibi meos pulſatores:& q̄ nihil ſcias uidebis. Cunq; feſto quopiam ad tempus quadrageſimale poſt cibum ſanctū michaelem in boſco declinata ſemita p uineas anguſto calle conſcenderemus medio itinere laſſi quieuimus. Cui ego. Quando illos de quib⁹ toties pulſatores auditurus ſum. Qui ſtatim quibuſdam in terra formatis:reſpice ait ſurſum: uidiq; in aere quedam perniſiarum auium ut uidebatur alis ludentium & deffendentium ac deſcendendo creſcentium:que cum in terra ſteterunt:quindecim iuuenes pulcherrimi:quindecim īſtrumenta muſicalia tangentes fuere. Tota uero intentione ferebar in eum qui lyram tenebat:quo diu audito uiſum mihi eſt q in ea arte ſcirem penitus nihil. His uero iuſſu nigromantis diſparentibus:& eo ruſus caracteres effingente:denuo ſimilia ut prius ſed plura apparuere:que dum in terra conſiſterent: fuerunt qui prius quindecim iuuenes pulſantes & puelle totidem cantantes: quib⁹ (parcat mihi inquit deus ſi in hoc pecco) aut pulchriores aut in pulchritudine pares uidi nunq̄. Hec ille:qui etiam deinde retulit q eodem nigromante autore bononie in platea mercati noctu p̄ſentibus duobus nobiliſſimis principibus ioanne bentiuoli & roberto ſaſeuerinenſi aſtiludum horrendum per demones actum uiderit. Cunq; tubarum ac timpanorum ſtrepitu omnia uiderentur reſonare ac perſtrepere & ne tota bononia cōflueret extimuiſſem:ne timeat inquit: extra plateam hanc quam cernis nihil ſentitur. Et ſi interroget quis quonam pacto id fieri poſſit ut in

gens ſonus non audiatur eminus: dico ꝙ cum duobus modis il-
lud aſtiludum fieri potuerit: uel preſtigio ſcilicet uel corporũ ae-
reorum dicto modo formatorum locali motu: ſi preſtigioſe res
acta eſt: nihil difficile emergit: cum omnia eſſent in ſenſibus eo-
rum quos diabolus participes huius eſſe uoluiſſet: ſi uero locali
motu corporum: iam illi ſoni ueri ſoni eſſe potuerunt: & tamen
ibi tantum audiri: uel primo impeditis ſenſibus eorum quos dia
bolus audire noluiſſet per ſoporem: aut ludificationem iuxta di
cta in primo libro aut ſecundo per fixionem aeris ne ſuo motu ſo
num deferret (ſine quo aerem contiguum ſonus non immutat:
niſi forte in mutatione ſpirituali que eſt demiſſiua) ſicut enim
mouere corpora ita & figere poteſt: quippe ſicut eadem diſcipli
na ita iadem uirtus contrariorum eſt: ut ars ſanatiua ſani & egri
aut tertio per interpoſitionem impedientis puta denſiſſimarum
nubium aut ferri uel plumbi: quibus ſtatim locali motu interce-
dente uallare poſſet demon loca magna aut ultimo omnibus uel
pluribus modis predictis. Et de his ſatis. In hominibus uero
energuminis & arrepticii demones per uera naturalia inſtrumen
ta loquutionis mentem ſuam referant: q̄q̄ nunq̄ eque bene eis utā
tur ut naturalis motor. Quidam uir ſanus (auctor eſt .S. uincen
tius) arrepticiũ a demone reſpõſum habuit uerbis latinis barbari
cum. De quo cum diabolũ eruditiſſimum increparet non eſt in-
quit demon in ſe mea in culpa ſed lingua huius ruſtici tam
groſſa ꝙ per ora eius uertere nequeo. Quantum uero ad uiſum
& auditum attinet: cum uiſio audituſq; ſint unientis corporis
actiones: hec ſimilitudinarie & improprie habeãt oportet: ſicut &
corpa q̄bus eliciunt: uident tñ altiori mõ & lõge clariori: qui nec
corpea q uidẽ diſtãtia ĩpediri poſſit. i. ſpũali ſeu mẽtali uiſione: ſi-
militer ãt & audiũt: dũ ea uirtute qua intuent̃ etiã percipiũt men
tales hoĩm cõceptus uoce aut ſignis expreſſos. Comeſtio uero cõ
pleta & uera tin primis cibi in in ore diuiſionẽ traiectionẽ in cor
pus: uim digeſtiuam uimq; egeſtiuam exquirit: que duo prima
angeli cum boni tum mali in corporibus aſſumptis exercere &
poſſunt & efficiunt: quod id totum locali motu agatur: reliqua

duo:non faciũt modo:uerum etiam nec poſſunt q̃q̃ illarum uirtu tum uite reſolutiuam cibi in preiacentem materiam nacti ſint xp̃s uero poſt ſuam reſurrectionem duo prima perfecit duo ultima nõ perfecit:quod iam immortale corpus enutriri nequeat:uirtu tes ta men quibus ea fieri ſolent:quia uere habuit,uere etiã comedit:neq; enim uere comedẽs neceſſario aut digerit aut egerit:alioquin ſta tim ſumpto cibo euomens minime comediſſet.

¶ Punctum quartum. Quomodo uero coire poſſint incubi ſuc cubiq; manes. & quando id efficere ceperint & q̃ multi & crebro homines his ſpurciciis uacent:ſic liquet. Quomodo enim iſta nephanda que bonis mentibus euoluere graue eſt.admittere poſ ſint:iam ex dictis liquet. Mutu enim locali effinctis uirorũ aut mu lierum formis:& ad opus nepharium admotis id uere quidem ex parte hominum apparenter autem ex parte demonum fieri poſſe uiſis que ſupra ſcripta ſunt dubitarit nullus. Quando uero eiuſce quo ad ſtrigimagas ceperint:ante annos domini 1404.incertum quidem eſt:q2 nec ſacre littere nec hiſtorie aut uiri graues id tracta uerunt nihilominus maleficos longe ante fuiſſe ex canonibus & doctoribus liquet & ex libro tho.brabantini de apibus. Nunc ue ro etiam uoluntarie ſeſe eis mulieicule ſtrigimage ſternunt:quin immo ut ſternantur xp̃m negant infantes enecant diabolum ado rant eterna ſupplicia pati q̃ iſtis miſeriis carere malentes. Et tam crebri ſunt qui id efficiant ut teſte henri.inſti.ac ſocio inquiſitori bus quotquot ex ſtrigimagis quas ſeculari brachio puniendas re liquerunt in dioceſi precipue cõſtantienſi & in oppido rauẽſpurg. (que exceptis ſecrete penitentibus.48 fuere ignibus aduſte) om nes cum incubo ab eo tempore quo ſeſe diabolo tradidere uſq; ad ſuam incarcerationẽ in his ſpurcitiis uitam duxerint ut earum cõ feſſiones earum uel precipue que ad fidem redière liquet. Itidem quoq; afferẽtes de quadraginta & una ad burinam ultimo ſuppli cio confectos. Immo nunc in apennino tãtum excreuerunt ut di cant ſe breui plures fidelibus futuras:& ſe propalandum in publi cum: & putrita erit ſicut de ualdenſibus in uale lucerna. Talis autem regulariter in his ordo ſeruatur :q̃tum ex horum confeſſio nibus credi poteſt:ut ſuccubus homini ſtrimago demon ſemẽ ab eo deciſſum excipiat:qui ſi quaſi illi homini a principe ſuo depu

tatus mulieri ſe in cibum exhibere recuſarit:ſemē illud incubo maleſice deputato tradit:qui ſub certa conſtellatione ſibi ad id ſeruiēte in muliebre genitale tradit ſe incubum faciens ut inde genitus aut genita ad maleficia peragēda idoneus ſit. Nec obſtat ꝙ hi de quibus genus primo gigantes tantum & uiri potentes ac famoſi maleci fuere. Dicitur enim primo ꝙ tempore legis nature propter creationis mundi recentem memoriam:apud graues uiros & eruditos maleficia non fuere:unde nec idola tria locum habere ſtatim potuit.iam uero hominum maleficia excreſcente:etiam diabolus ipſe hoc genus pecudum opportunius generare & educare potuit. Vlterius dici poſſet ꝙ nec uerba illa moſi uirtutis bonum redolent:potētes in ſeculo uiri famoſi:ꝙ in flagitiis ſubaudiri poſſit. Ex his ergo nephandiſſimis actibus:ſtrigimagarum genus maxima ſuſcipit incremata :tum ꝙ eiuſmodi uoluptates & multos in captiuitatem trahunt :tum uero. ꝙ inde tales generentur quos in uitia hec promptiſſimos dicas.

¶ Punctum.Quintum. An uero demon quemadmodum ſemper cum fratris reſolutione homini ſuccumbit.q̄tum ex parte hominis attinet:attidem quoq; ſemper mulieri cum ſeminis intruſione incumbat:id in primis noſtre oportet ꝙ cum habeat mille nocendi modos hoſtis iſte nu 16. q.2. uiſis:circa eiuſmodi generalis regula dari non poteſt probabile tamen uidetur multis ꝙ in habilem conceptui:ut annoſam uel ſterilem:abſq; ſemine ſupponat ꝙ ſcilicet ſicut natura ita & demon ſuperflua in ſua actione pro uiribus euitet:unde eo caſu illa obſeruat que delectationem non q̄ conceptum pariant:q̄q̄ id agere poſſit ut ſemper & interuenire credatur:& non interueniat:cum eas effingat corporum formas que illi conducunt niſi obſtitent deus:ut dictum eſt. At uero ſi conceptui habilis eſt ſtrigimaga.ſemen humanum & affert & infert:a modo illud habere queat: quo inde proles ſibi obſequens gignatur:& idem ſi pregnans ſit facit ut conceptum inficiat.

¶ Punctum.Sextum. An uero in predictis tempus q̄ tempus aut locum q̄ locum alium malit illud in primis aduertatur oportet. ꝙ preter ea tempora que ſidereos influxus concernunt:de quibus crebro dictum eſt:certa tempora obſeruat: qbus ſtrigimagas re uenerea oblectet: que & omnium ſanctiſſima ſunt:ut feſti dies

precipueq; natiuitatis ſeruatoris paſche & penthecoſtes. Et id. quidem ratione multiplici. Et in primis: ut ſtrigimage peccati culpa magis obuoluantur: quippe que poſt apoſtaſiam a fide & ueneris ſpurcicias: etiam ſacrilegii quaſi crimen admittant: atq; inde honori diuino iactura maior inferatur q̄q̄ nulla inferri poſſit q; deus ex omnibus talibus: per iuſticiam gloriam ſibi pariat. Deinde uero ut ex eo q; grauius offenditur pater omnium deus maiorem debacandi in homines licentiam náciſcatur deo per demonem animaduertente in malos: non obſtante eo: q; dicitur filius non portaturus iniquitatem patris: quia illud in ordine ad eternam mortē intelligendum eſt alias quomodo uerum dixeris illud: uiſitās iniquitatem patrum in filiis uſq; ad tertiam generationem. Demum uero ut maiori oportunitate plures mere faciat: p̄ſertim uero adoloſcentulas que feſtis diebus otio & curioſitatibus magis operam nauant: ſicut ut ſupra de quadam iuuentula dictum eſt: que ducta ad locum ubi demones in forma iuuenum preſtolabantur monita ne ſe ſignaret que ubi locū attigit nullus fuit: q; ſcilicet ſe ſignaſſet & illi preſentiam ſuam iuuentule oſtendere nequiuiſſet. Vnde anus irata dixit uade in nomine omnium diabolorum. Te enim ſignaſti. Quartum uero ad locum attinet: ex ſtrigimagarum factionibus: conſtat in locis deo ſaccatis ſpurcitias illas omnino exerceri non poſſe ex qua re efficatia angelice cuſtodie deprehendi poteſt: & quod longe mirabiliter eſt q; pacem nunq̄ habeant niſi in eccleſia tēpore diuinorū aſtruūt. unde eā aliis citius ingrediunt̄ egrediūtur uero tardius: licet ibi ex demonum cerimoniis & mēdatis aliqua nephanda obſeruent. Quam uero ob cauſam illa in tempore quidem poſſint: in loco uero non poſſint: puto conſecrationes in cauſa eſſe & ſacra repoſita. Tempus enim non niſi humana uoluntate per ſtatutum attingitur quodiuino cultui mancipatur: ſed loca etiam actione ipſa tranſeunte per ſacrationem & ſacrorum repoſitionem continguntur.

¶ Punctum. Septimum. An uero explectio ipſa nephandiſſimi opere inuiſibiliter ex parte ſuccubi uel incubi ſicut ex parte hominis peragatur: q̄tum attinet ad aſtantes: illud premittere oportet q; q̄ experientia inquiſitores docuiſſe potuit: q̄tum ad aſtantes illud aut nunq̄ aut non ſemper eſt uerum. Nam haberi inſtitoris cum

ſocio in hanc ſententiam retulere. In oppido rauēſpurg. necnō in
dominio nobilium repelſtei ac locis aliis q̄ pluribus i campis aut
i ſiluis uiſe ſtrimage ſunt. ſuppine aumbilicum uſq; & eo amplius
nudate: diſpoſitis tibiis & cruribus prout nephāda uenus exigebat
ſe cogitantes: incubo nullatenus apparente q̄q̄ in calce talis exerci
tii: a malefica ad ſtaturā hominis ſurſum fumus te terrimus leuare
tur. Sed & hoc contegiſſe planum eſt maritos incubos cum uxori
bus ſe turpitem coagitantes & uidiſſe & homines putaſſe: quos dū
gladiis nupeterent: illi ſoluebantur in auras.

¶ Punctum. Octauum. Sed et illud haud dubio uerum eſt demo
nes incubos non modo mulieribus ex ſuo incubatu generalis. aut
eis quas obſtetrices demonibus obtuliſſent importunos ſore ue
rum ad quaſcunq; ſanctiores uirgines ſtuprandas per ſeducttri
ces ſtrigimagas anhelare. Nam in rauēſpurg. id ante ſententiā ulti
mā nōnulle incinerāde faſſe ſunt: ſibi a ſuis magiſtris demonibus
iniunctum omni conatu in ſanctarum uirginum uiduarumq; ſub
uerſionem debere laborare. ¶ Punctū. Vltimum. Nulli uero
dubiū eſſe debet: perfidū illum dei aduerſariū: q̄ta pōt uoluptate in
tali nephario coitu homines ac feminas afficere: q̄. ſ. id ſuo p puer
ſo finii ſit comodū: quo. ſ. ad ſe quoſq; elicere pro uiribus cupit: q̄ta
tn̄ eiuſce delectatio ſit: illud aduertendū putarim: q̄ & ſi naturalis
ordo ſit ut maiorē habeat uir ad cōſimilē ſibi uxorē uel generali
ter feminā & ꝯtra: q̄ uir ad ſuccubum: aut mulier ad incubū demo
nem: nihilominus ille tam potēs tam doctus tam uerſutus tā mali
gnus hoſtis: ubi debita actiua debitis paſſiuis admouerit: & ſuis ar
tibus fouerit ac tēperauit in calore teneritudine ubi ēt fantaſmata
mouerit & ſenſus in libidinem coaucerit: non minorem uoluptatē
afferre putaſ. Vn̄ qdā i agro comēſi mox arſurus ridēs diu iterro
gatus de cā dixit: ſe recordari de lenociniis & blāditiis ſue caternii
e demonis ſuccubi & cū iā flāma ora occupabit idē inqt faciam.

¶ Mirandos effectus maleficiales circa ue- nerea. Capitulum Sextum.

VT uero ad ea q̄ ſtatim diximus de uenereis dicēda co
hereant iā de ipſis ſtrigimarū mirādis particulariter
dicturi a uenereis exordiamur expedit quo nā pacto
ſ. eiuſmodi efficiant: qđ multis punctis explebimus.

¶ Punctum Primum. Naturali ſua uirtute ad amorē carnis (ut aiunt) & ſanguinis: ſimiliter autem & ad oppoſitū odium homines demon uehementiſſime flectere poteſt. Nam illud in primis quiſq; norit ꝙ a diabolo directe quidē .i. ex intentione hic & nūc operando non ſunt peccata omnia proficiente origine ꝙ etiam nullo diabolo eſtante adhuc & cibi & uenereoꝝ nos appetitus fatigaret: & poſſibiliter inordinate indirecte tñ omnium peccatorum cauſa eſt: dū perſuaſo primo homine originalem iuſticiā eliminauit peccata omnia cohibentem. Si tñ non deeſſe ſed de poſſe nobis ſermo ſit: & ſi demon illius inordinati amoris hominis uolūtatem directe inclinando cauſa nō ſit (cor. n. regis in manu dñi. ſ. ſolius) id tñ poteſt ad iſtar ſuadētis: quod dupliciter agitur: & primo quidem uiſibiliter: ueluti cū homini in ſpecie ſenſibili uiſibiliter & apparet & loquitur: ſicut & euam ſpecie ſerpētis & chriſtū in quauis ſpē ſenſibili tētauit: ad quē etiam modum & illud reduci pōt: ꝙ exterius in facinora pellit hominē non ſuadendo ſed alliciendo: ueluti ſi ſe in forma ſpecioſe iuuencule oſtētet nihil ſuadens aut dicens: ſicut monialem ſub ſpecie latuce traxit ī guloſitatē apud greg. in dia. 2. uero etiam inuiſibiliter: non. n. id putandum eſt ꝙ uiſibiliter ſolū hominē aggrediatꝰ: alioquin diabolico ſuaſu ea tm̄ peccata admitterentur ad que uiſibiter & exterius apparens ſuaderet. Inuiſibiliter ergo interdū res agitur: & id dupliciter & in primis quidē diſponentis ad inſtar ſicut ex ſufflante in prunas ignem accendere dicimus: quippe qui cū poſſit corpora mouere localiter: per ſpirituum & humorum motiones ad īram aut uenerē aut eiuſmodi nos diſpoſitiores facit corpore. n. aliqualiter affecto homines ad quedā fore diſpoſitiores ꝯfeſſum eſt ꝯñt aūt ad his aſſentiendū procliuiores. Deinde uero res etiā agitur ſuaſionis modo: ſeu ſuadentis ad inſtar ueluti cum uirtuti cognitiue noſtre apparet aliquid ſub ſpecie boni & a nobis agendi: quod tripliciter accidit q̄tum. ſ. ad intellectū & q̄tum ad interiorem ac exteriorem ſenſum. Et q̄tum ad intellectum quidē: qui & ſi a diabolo non illuminetur: ut ſupra lib. 1. dictū eſt: quia tñ ſpiritus in quibus fantaſmata quieſcūt localiter mouere pōt: eos intellectui obicit: nā ſicut phus de ſom. & uigi. teſtaꝰ ubi apparitionum & ſomniorū cauſas deſignat: cū dormit animal deſcendēte

plurimo

plurimo ſanguine ad principium ſenſitiuũ.i.ſenſum cõem ſimul deſcendunt motus ſiue impreſſiones relicte ex ſenſibilium motionibus, cõſeruate in uirtutibus ſenſibilibus interioribus .i. in fantaſia quo ad ſenſata uel fantaſmata: &.i cogitatiua quo ad nõ ſenſata ſicut inimicitiã quam ouis in lupo nõ ſenſu ſed cogitatiua nouit & ſic res uident in ſomno ac ſi pſentes forent. Quod aũt fit locali motu animali longe magis demon poſſet efficere. Quantum ad ſenſus uero interiores eadem eſt ratio: quia non poteſt intellectui quicq̃ oſtendere: niſi fantaſie quoq; ꝯſequenter aũt & extimatiue oſtendat: cũ intellectus nihil in uia niſi in fantaſmatibus intelligat ut experimur. & 3 de aĩa lib. phs aſtruit. Quantũ ad ſenſum uero exteriorẽ attinet, id liquet: quia demon dictam motionẽ & uiſionem fantaſmatum nõmodo in dormiẽtibus (ut etiã natura ipſa) uerũ etiam & in uigilantibus põt efficere. & hoc ſua naturali uirtute: cũ etiam ipſe homo uigilans hoc poſſit, ut ex uiſis & ſenſatis prius ſibi fantaſmatum idola formet ad placitũ: & fantaſtica ui ſibi effingat quod lubet & tanta tãq; uehemens eiuſce motio & impreſſio eſſe poteſt. ut ad ſenſus uſq; exteriores eiuſmodi idola pertingere uideantur: quẽadmodum in freneticis uidere licet. Igitur amorẽ ſenſualem demones inducere efficaciſſime poſſunt: primo interius cõcupiſcentiam inflãmando: eo modo qui in lib. primo dictus eſt. ſcdo uiſibiliter ſuadendo uel oſtenſa ſpecie formoſa alliciendo. tertio etiã inuiſibiliter & ſuadendo & alliciendo p oſtenſionem fantaſmatum: quod quidẽ aliqñ ſine ademptione naturalis luminis uel uſus rationis faciunt: ut in ſponte amantibus ĩmo quid ament eligentibus: qñq; uero rationis lumine penitus ligato: quod uinũ & humores etiã faciunt: ut in ebriis & freneticis: & longe magis demon: & eo caſu tales dicuntur arreptitii q. ſ. ab altiori natura corripiantur. Et quidẽ hoc interdũ ſine maleficio facit: ut. n'. philoſophus ubi iam profitet: qui in paſſione eſt a modica ſimilitudine uel amati uel oditi mouetur: unde perfidus demon cui hominũ paſſiones note ſunt q corporee ſunt. & ex actibus probantur, paſſiones aut concitans aut cõcitatis abutens tũc hoĩem oſtendendo & ſuadendo & alliciendo pro uiribus in amorem pellit. Cũ maleficio uero qñ eiuſmodi ad maleficaꝝ preces & carmina pacto explicito uel implicito molitur: quod q̃ crebro fiat

experientia docuerit: qua teſte mariti pulcherrimis & nobilibus coniugibus poſtergatis :turpiſſimas & uiliſſimas inſequuntur & impetunt. Auctores mal.male.in hec referunt. Vetulam tres ſuc ceſſiue abbates demẽtaſſe, fama publica apud omnes monachos teſte nouimus:licet contra eam procedere non uacarit: & quartũ iam ſimiliter dementaſſe :quod & ipſa publice fatetur, nec dicere ueretur feci facio & olim faciã :nec a meo amore deſiſtere pote runt:quippe qui tantũ de meis ſtercoribus (protenſo brachio q̃ti tatem oſtentans)comederunt. Sed & de monacho nigromantico peregrino in dia.greg.refert: ꝙ uirginẽ ſanctimonialem adeo in ſui amorem arte diabolica concitarit, ut ſe moriturã pene cla maret :niſi dicti monachi uiſitationem meruiſſet :quem ideo ẽt de monaſterio fratrum exploſerunt. Nec tamen predictis aliqua tenus obſtare poteſt: ꝙ ſi diabolus ad amorem malum poſſet in ducere:poſſet ipſas malas cogitationes agnoſcere:cum oẽ agens a propoſito effectum ſuum norit. Dico.n. ꝙ agens a propoſito cognoſcit,effectum ſuum cuius eſt cauſa ſufficiens etiam certa notitia:non autem cuius eſt cauſa accedente libero arbitrio alteri⁹ ſed coniectaliter tñ: & ita ẽ in propoſito :unde & ſi diabolus cer te nouit amorẽ inſpiratũ ſenſibus non tñ inſpiratũ uoluntati ſua ſione uel alio ſimili modo niſi ipſe amor ſeipm alit ı prodat.

Punctum ſecundum. Virtutis generatiue opus ſicut prouocare demonis auxilio:ita & impedire haud dubio ſtrigimage poſſunt. Neq; enim in hoc dubiũ eſſe poteſt:cum probarimus maleficium circa uſum matrimonii eſſe in rerum natura: ut patet per omnia iura de fri.& male.& .33 q.8.ſi per ſortiarias:quibus ratio ſuffraga tur :quia cum id homines herbis & uenenis poſſint hoc negare a demone cuius poteſtas maior eſt inſanire eſt. De modo tamen quo tale maleficium procurari poteſt aduertere neceſſe ẽ. Impedit ergo & ex parte potentiarum anime & itidem ex parte corporis: de quo non minus obiter q̃ ſapienter petrus de pal.in hanc ſentẽ tiam loquitur. Cum demon ex eo ꝙ ſpiritus eſt:ſuper corporea natura q̃tum ad localem ſ motum aut explendum aut uetandum dominetur, primo quidem corpora maſcu i & femine ne inuicem propinquẽt efficere poteſt directe, uel ẽt indirecte ſe in aſſumpto corpore interponendo :ſicut de eo iuuene dictum eſt qui & ideo

ſum & iuuenculam deſponſatam: quam ideo cognoſcere nequibat ſe in eiuſmodi corpore demone interponente: ſecundo quoq; hominem ad actum uenereum aut inflammare aut infrigidare, naturalibus actiuis admotis. tertio imaginationem & extimationem turbare: ac perinde mulierem, aut dilectam aut ingratam reddere. quarto membri rigorem & impedire & abolere: ſpiritibus localiter motis aut etiam remotis: & quinto locali eodem ſpirituũ aut aliorum corporum motu ſpermatum uias intercludere: ne excidantur uel emittantur. Plura autem inquit ſuper eo actu quo primum peccatum traducitur: q̃ ſuper aliis deus permittit: quod & doctores omnes firmarunt. Que autem de uiro dicta ſũt de muliere quoq; reſpectiue: idest modo ſibi cõuenienti intelligas oportet. Cur uero plures uiri maleficiis ſubiaceãt q̃ mulieres ideo eſt uel quia id q̃tum ad talem actum facilius fit in uiro: cuius meatus facilius obturantur: & qui membri rigore poſito nihil poteſt: & eiuſmodi: uel ideo eſt quia plures malefice ſunt mulieres: & plus conantur uiros inficere q̃ mulieres: ut adulterandi occaſio utrinq; preſtetur. Et hec quidem de modo quo iſta interius efficiũt ſtrigimage: exterius uero id per imagines uel caracteres aut ſerpentes interdum efficiunt aut herbarum comeſtu aut teſticulorũ galli: his tamen ſemper accedente demonum cooperatione qua & eiuſmodi ſtrigimage colludant: dum aut coitum aut partum euacuare nituntur. Nider infor. Quidam maleficus cui nomen fuit ſtadhin. in dioceſi lauſanenſi captus faſſus eſt: ſe in domo quapiam in uxoris domini uentre ſeptem filios per aborſum enecaſſe: & in omnibus eius pecoribus ac iumentis ſimile perpetraſſe quorum nullum in annis eiſdem partum uiuum ediderit, & per queſtiones de modo interrogatus, reſpondit: ſe ſub limine hoſtii domus locaſſe ſerpentem: qui ſi amoueretur rediret ex templo fecunditas. Sublatis ergo pulueribus iam enim aberat ſerpens in eos reſolutus: eodem anno & uxori & iumentis fecunditas reddita eſt. Quid ſimile meo tempore in agro bononienſi (uillam taceam expedit) circa annũ ſalutis milleſimũ quingẽteſimũ quartũ, actũ eſt. Religioſus quiſpiam. ſed magus ex his. ſ. q̃bus nullus eſt peior: q̃ppe q in monaſterio defecerat

(religionẽ tacebo)eſtiuis caloribus hoſpitium in uia ad mutinam intrarat, hoſpite obeſe ualde & pregrandis corpore: refocillãdus. Qui oblatis crudis oleribus: ut bene condirentur orauit dicens ita lico uulgari idiomate. Vnzela ben che ti paghero. Et refocillatus ſub limine loci cedulam recondens abiit. Cunq; hoſpite filia uirgo paruula locum ut menſam reponeret intraſſet, repente furere cepit: & nudata penitus ſaltare crebro dicens: unzela bẽ che ti paghero: quod mater aduertẽs affectu materno & ipſa incaute & celeriter intrans ſtatim ſimiliter nudata ſaltare & eadem uerba cãtare cepit. Que ad horas ſic alienate manſerunt tota uilla ſpectante donec miſer ille obuio cuipiam in itinere eodem rem propalauit & ut cedulam cum illuc ueniſſet amoueret orauit. Qua remota cũ ad camiſias ambe rediuiſſent: filia ut erat uelocior camiſiã matris caſu preoccupans fugit: mater uero ſequens eam que filie paruule erat ſubſtulit in eamq; caput & humeros tulit: ſed ut arctã ad pudenda uſq; tegenda immittere corpori nequiuit: uerum ſic ex ſuperiori parte tecta ex inferiori nuda uelut amẽs aufugit. Quod autem medio demone circa nudationem publicam mulierum actum eſt: etiam circa uenerea agi potuit. Adducerem infinita ad inſtitutum pſens que modo ſuccurrunt & libros complent niſi ſuperfluum id putaſſem. Preter inſtitutum uero pro inſtituto tñ quedam altius repetuntur. Si interroget quis cur dictus actus reſpectu unius & non reſpectu alterius mulieris interdum prepediatur: diuus bona. reſpondet ideo eſſe aut quia maleficus reſpectu determinate perſone diabolum aſciuit aut quia deus reſpectu perſone cuiuſlibet impedire uetauit: cuius occultum iudicium hic latet: ut liquet de uxore tobie. Et ſi de modo queratur. reſpõdet q; generatiuam impedit: non quidem interius ledendo organum: ſed exterius uetando uſum: unde quia artificiale & non naturale impedimentũ eſt, impedire ad unam põt, minime impediendo ad alias uel tollendo excitationem concupiſcẽtie ad unam nõ ad alias ʒ: & hoc quidem aut propria uirtute aut herba aut lapide. uel per occultam aliquam naturam. Cum uero ex naturali frigiditate & maleficio eiuſmodi impedimenta proueniãt apud ho. in ſum. ſignum q; ex natura ſit uirga eſt ſi nunq̃ erigitur: q; uero ex maleficio ſi erigitur quidem uerum proficere nequit.

❧ Punctum Tertium. Circa uirilia membra ſtrigimagas mirãda quedam operari debet dubium eſſe nulli:ut ex uiſis & dictis plurimorum liquet ac perinde fama publica:adeo ut quidam aut preſtigioſe aut ueraciter genitali membro priuati cernantur. Nam autoribus magr̃o henri. inſti. & ſocio in oppido rauenſpurg. iuuenis qui iuuencule heſerat uolens eam relinquere: membrum uirile ut uidebatur omnino perdidit. Cum uero triſtis celarium uinũ empturus adiuiſſet ſuperuenienti cuidam mulieri cauſam triſtitie aperuit & effectum ipſi requirenti monſtrauit:necnon ꝙ talem maleficam ſuſpectam in negocio haberet. Cui mulier. Aut per beniuolentiam aut per uiolẽtiam eam ad te ſanandũ inducas oportet. Qui obſeruato tempore in noctis crepuſculo oportuno loco eam comprehendens ubi non ualuere preces. iniecto ad collũ panniculo lineo non ualentem clamare pene ad mortem ſtrinxit donec ea ſpondente ſanitatem alleuiauit:que tactu manus inter femora ſanauit:quod & ille quodam ut ita dicam nature ſenſu ante q̃ aut uiſu aut tactu cognouit. Authoribus uero eiſdem pater quidam religione & doctrina uenerandus in conuentu noſtro ſpirenſi in hanc ſententiam ſepe retulit. Iuuenis quidam inter confeſſionis ſacre uerba uirile mẽbrum lamentabiliter uerbis & opere ſe perdidiſſe monſtrauit. Cui cum ſtrigimagam quandam & ſi diſtantem tamen in hoc ſuſpectam adire iuſſiſſet:& blande rogare ut ſe ſanaret:ſanus & membro integer rediit gratias agens & uerbis & re ipſa:quod uerum erat aſtruxit. Cum ergo iſta eſſe dubium minime ſit:an in ſenſibus hominum uel in re ipſa ita ſit & dubium & perſcrutãdum eſt. Et quidem quibuſdam uideri poſſet ꝙ per demonis poteſtatem ita uere & non illuſorie ſit:tum quia maiora poſſunt demones, ut homines occidere:ut patet de filiis iob. & ſeptem uiris uxoris tobie :tum quia poteſt alias infirmitates immittere:ut primo libro oſtenſum eſt: & oſtendetur in poſterum: ergo & eam que circa genitalia ſit:circa que plura deus permittit q̃ circa alia membra :tum quia gene.19.potuit maius uxorem ſcilicet loth ſecundum glo. ſodomitico uitio infectam uertere in ſtatuam ſalis ueram :quippe que etiam hodie cernitur: tum quia poteſt naturales formas ĩducere:ut ĩ magis patuit pharaonis:ergo etiam eas auferre poteſt. Verum ſi quid iſta probant: de poſſe

clara nubiloſa uideatur aut econtra : & uetula iuuenis uideatur & econtra : nam & poſt fletum oculo turbato, aliter lumen uidetur q̃ antea uideri poſſet : quod & in organis aliorum ſenſuum acccidit : ueluti infecta colera lingua dulcia amara uidentur : & poſt eſum ſucchari dulce uinum mordax & acutũ uidetur : ultimo per localem motum ſpirituum & fantaſmatum ad imaginatiuam ſenſumq; communem : quo fit ut etiam ſenſibus exterioribus uideatur nobis ꝙ noua percipiamus. Sicut etiam freneticis, malenconicis, maniacis & quibuſdam ebriis ſolet accidere : qui nequeunt diſcernere & diiudicare. Sic ergo pateat facile eſſe demoni uirile membrum occultare modo uelit multis ex dictis modis : preſertim formata ſpecie humani uentris ſine priapo eamq; priapo ipſi ſupraponendo. Ceterum pro completiore doctrina & dictorum explanatione clariore multa dicenda uideo. ¶ Primum. An demones hominum ſenſus eludere indiſcrete poſſint : quibuſdam uidetur ꝙ non : ſed eorum tantum qui ſine dei gratia uiuunt. Nam ex uerbis beati Anthonii liquet mentem aut animam alicuius demonem inuadere non poſſe per penam : niſi primo ſit deſtituta ſanctis cogitationibus & ſpirituali contemplatione uacuata. Vnde & iob ſexto dicitur : ꝙ qui libidini deſeruiunt in eos diabolus accipit poteſtatem : inde etiam eſt quod demon in uitis patrum ludificans homines circa puellam que equa uidebatur : & ipſam puellam ꝙ ſacramenta rite non ſuſcipiebat : ut ibi dicitur : ſanctum tamen macharium ludificare nequiuit : quin puellam non equam uideret. Igitur in rebus fortune exterioribus & corporis ſanitate demon hominem poteſt malis afficere : ut patuit in iob. tamen ſicut in peccata ita & in eiuſmodi illuſiones homines deo gratos impellere non poteſt quaſi eorum ſenſus demones illudant ut habeant ſua membra que tamẽ uidere nequeant uel eiuſmodi. ¶ Secundum. Etſi demon id nequeat in ſenſibus ſanctorum circa ſanctorum membra hoc tamen poſſe a multis creditur in eis circa membra aliena : non enim in hoc tam grande malum eſt ſanctorum ſicut in caſu priore : ubi priuarentur uere uel apparenter ſuo membro quod libidini non ſeruit. Circa hoc tamen nihil certi ego compertum habeo. ¶ Tertium.

utiq; non de facto probant. In facto uero nequaq̄ ita eſſe uel ex hoc liquet: ꝙ eiuſmodi membra malefice reſtituere nequiuēt quacunq; diabolica poteſtate: alioquin non eſſet diuinum miraculū & conſequenter nec reſtitutio nedum uiſus uerū etiam oculorū ſicut nec reſtituere genitale: quod eſt inſanire. Preſtigioſe ergo iſta faciunt: quod qualiter eſſe poſſit: efferamus. Preſtigiū igit̄ ſm iſi. 8. ethi. ca. 9. aliud eſt nihil q̄ ſenſuum deluſio quedā: & oculoꝝ preſertim: unde & a perſtringo dicitur: ꝙ aciem oculorū perſtringit adeo ut res uideātur aliter eſſe q̄ ſint: & ut alexan. de al. parte. 2. addit, preſtigium proprie ſumptum demonis illuſio ē: que ex parte mutationis rei cauſam nō habet: uerū ſolū ex parte cognoſcentis qui illuditur: ſiue q̄tum ad interiores ſenſus ſiue rurſus etiā q̄tū ad exteriores: adde tñ ꝙ etiā preſente re exteriore aliter tñ uiſa q̄ ſit preſtigium eſt. Igitur ſi non demonis modo uerū etiam hominis artē preſtigioſam noſtro ſermone claudamus: tribus modis illuſio preſtigioſa cōficitur: & in primis quidem manuū cū uelocitate tum etiā dexteritate nulla demonis arte iuuante: ſicut in traiectionibus ioculatores faciunt oſtendendo & occultando quedā: ſicut ex ore hominis educunt interdū unū quod intruſerant: puta magnū pomum: cum tñ putent hoīes eos intruſiſſe paruā fabellam quam non intruſerant ſed eius loco pomum ſuppoſuerant clanculo. Deinde quoq; etiam ſine diabolica uirtute per naturalia actiua: ueluti apud diuum thomam. 1. q. 114. articulo quarto. & apud multos alios: herba quedam ſuccenſa ac fumigās ut trabes ſerpentes uideantur facit. Demum uero fit demonis arte ꝑ motum localem corporum uel ſpirituum corporalium, in quibus ſpecies ſenſate continentur: quod eum poſſe libro primo oſtenſum eſt. Igitur multipliciter demon homini poteſt illudere ut res uideatur aliter eſſe q̄ ſit. ¶ primo Quidem artificiali traiectionem longe melius q̄ homo. ¶ Secundo per rerum naturaliū admotionem etiam longe melius q̄ homo. ¶ Tertio Exterius in aſſumpto corpore oſtendendo eſſe quod non eſt: ſicut moniali apud gregorium in dia. ſe in lactuce forma preſtitit: & antonio in ſpecie maſſe auri: & crebro etiam uerum hominem aſſumpto alio corpore tegit ut uideatur equus aut brutum quodcunq;: ut capitulo ſequenti deducetur. quarto turbato organo uiſus: ut res

Ex ſtrigimagis quaſdã experientia teſte opertum eſt copioſo īter dum numero ad .20.ſ.& .30. hmōi genitalium membrorum ad ſcrinium aut nidos auiũ arte demonũ cõgeſſiſſe: ubi & quaſi uiuentia membra ſe mouen. Authore magro henri.inſti.& ſo.quidam in hanc ſententiã retulit. Dũ genitale mẽbrum perdidiſſem & maleficam inſtantius pro mea ſanitate rogarem: illam inquit arborem ad nidũ illum conſcende & ex plurimis que ibi ſunt, illud quod mauis accipe. Cũ magnũ unũ ſubripere molirer illud mitte inquit malefica: attinet .n. uni ex plebanis. Quid ergo de his ſentiendum dicemus: niſi ꝙ a demonibus aliquo ex dictis modis preſtigioſe fiunt. Non tñ credendum puto: ꝙ id eo modo agant quaſi formatis talibus corporibus ea demones aſſumãt: eo modo quo ſumpto humano corpore cũ maleficis & colloquuntur & coutuntur: facilius .n. illud poſſunt deductis fantaſmatibus ad ſenſus. Quare aũt eo modo non utitur cũ maleficas alloquitꝰ: id dicendum eſt ꝙ eodem uteretur ſi aliud uellet nihil niſi malefice ſe oſtẽdere in ſpecie humana: ſicut in dicto caſu aliud uult nihil ꝙ oſtendere illa membra: modo uero quia altiora ītendit ut loqui. conueſci, ſaltare. coire. & eiuſmodi: ideo in aſſumpto corpore operari oportet: ſicut & eſſe preſentem: quippe qui ubi operatur ibi eſt: ꝙꝙ & iſta in ſenſibus tantũ perfici poſſent ſine exteriori corpore: ſed eo caſu non eſſet aut incubus aut ſuccubus uere, contra determinata: ſed apparenter dumtaxat. ¶ Quartum. ſi per ſeipſum demon uirile membrum demat (quod utiꝗ poteſt ſi permittatur) & non per maleficam: plurimum inter hanc & illam ademptionẽ interſit oportet: tum quia hic ueraciter auferretur & ueraciter redderetur ſi redderetur: tũ quia id hic cũ dolore eſſet nõ ibi: ſicut hic eſt leſio diſcõtinuatiua non ibi: tum etiam quia hic nunꝗ niſi inuito demone fieret: alioquin quomodo ipſe ſpõte ſibi tantum lucrum quod per illud membrũ conquirit amputaret. ¶ Quintum. Qua uero ratione ſciri poteſt ꝙ apparenter per maleficam demonis arte aut ueraciter per demonem ſolum adimatꝰ uirile membrũ deo uolente: id uidetur dicendũ in primis: ꝙ cum eiuſmodi mutilati ſint uiri lubrici coniectaliter id deprehendet ſi amaſiam uoluit deſerere: quia eiuſmodi femine in uīdictã talia ꝑ maleficas inferre ꝯſueuerunt: quod ſi nihil irritamenti apud illã

inuenerit

inuenerit coniectura eſt: ꝙ deus peccatis eius uiā ꝑcludere uoluit. Deinde uero ſi aliquando redierit ſignum eſt id ex male ficio fuiſſe: q̄q̄ nō ſit natura maleficii eſſe tēporale: ut experientia & canoniſte ac theologi docent: ſed quedā poſſunt eſſe perpetua.

¶ Punctum Quartum. Demonis per ſtrigimagas maleficiū circa uenerea non modo ad illud extenditur ut impediatur coitus uerum etiā apud canoniſtas ut īpediatur conceptio fetus: que ſi non impeditur per aborſum natiuitas impediatur que ſi īpediri neq̄at in natiuitate p ſtrigimagas obſtetrices uoretur, aut extinguatur, aut ſaltē demoni natus offeratur. Et quidem de impedimēto cōceptus aut aborſione non eſt dubiū: quippe cū etiam p actiua naturalia id plerūq̄ etiam modo malefice faciant: herbis aromatibus ac aliis actiuis naturalibus. Quod uero cōtra nature humane cōſuetudinem, imo contra omnium beſtiaꝝ morem: lupis dumtaxat exceptis, infantes uorent & comedant: authore hen. inſti. quidā ex ordine noſtro eius ſocius cumanus inquiſitor teſtis eſt: quippe qui hac de cauſa ſe ab incolis cōmitatus burbie aduocatū aſtruxit inquirendi gratia: quod quidā qui ex cunis puerum pdid iſſet explorando cōuenticulum mulierū tempore nocturno, infantē occidi & liquore ebibito uorari deprehendit: unde & anno uno ut etiam ſupra dictum eſt quadraginta & unā ex ſtrigimagaꝝ genere igni bus aſſumpſit: nonnullis aliis ad terras ſigiſmundi ducis auſtrie commigrantibus. Accedunt pro firmitate horum quedā ſcripta nider in ſuo formi. quibus eiuſmodi credibilia redduntur: accedunt & ſtrigimagarum penitentium teſtimonia: ꝙ ſcilicet fidei catholice nemo ex ſuo genere magis q̄ obſtetrices officiant: que ubi pueros non interimunt: quaſi aliquid acture extra cameram puerum ferunt: & eleuatum in aere demoni ſacrificium offerunt.

¶ Pro iā dictis tamen multa uel obiter dicere placet: quo plenius quomodo interimant pueros & offerendo execrent noſce liceat

¶ Primum. Authore henrico inſtito. & ſo. in dioceſi argentina oppido zambnio: honeſta & beate uirgini plurimum deuota mulier hoſpita publica ſub aquile nigre ſigno: ad ſe crebro aduentantibus in hanc ſententiam retulit. Vbi a uiro meo impregnate mihi tempus partus pene aduenit: infamem mulierē ſeſe mihi obſtetricem ſpondentem bonis uerbis a me dimiſi: aliamq̄ mihi

ad id muneris tempore partus aſciui. Euolutis nix diebus octo illa repulſa idignata, noctu marito in alia camera dormiēte meā cameram duabus hincinde comitata mulieribus ingreſſa (diabolus enim portas ad libitū reſerat) ad lectum ſtetit: uolentiq; mihi clamoribus excitare & aduocare coniugem: ita uires ex omnib᷒ membris defecerūt ne loqui uel ſubmitte potuiſſem: auditu tantum & uiſu uigebam. Tunc illa in medio duarum ſtans: ecce inquit hec mulierum omnium peſſima: quia me in obſtetricem recipere noluit, luet penas: nec immunis euadet. Supplicantibus uero comitibus eius pro me dicendo ꝙ nulli unq̄ ſui generis nocuiſſem: ſubintulit illa: inteſtinis eius aliqua immittere ſtatui: uſtri tamen gratia ante elapſum annum medium non excruciabitur. Cum ergo uentrem meum manu palpaſſet, mihi uidebatur ꝙ inteſtinis ſublatis immitteret quedam que tamen uidere nequiui. Cum autem abeuntibus illis uiribus receptis maritus clamoribus excitus aduenisſet: & una filius archidiaconus tunc ruralis: uerbis meis fidem minime habuerunt: aſcribentes omnia puerperio ꝙ ex eo femine fantaſiis crucientur. Quibus de ſpacio ſex menſium futurum ueritatis ſignum dedi: quo euoluto ſtatim adeo cruciari cepit: ut a clamoribus nocte aut die cum omnium inquietudine abſtinere nequiret. Credidit tamen ſe beate uirginis auxilio cui ſingulis ſabbatis ieiunium panis & aque ſoluebat liberandam. Quadam igitur die opus nature cum expleret omnem ſimul ſtrigimage immunditiam egeſſit: & aduocato marito ac filio: an illa eſſent puerperii fantaſmata oſtendit roſarum ſcilicet ſpinas, oſſa & uarii generis ligna. ¶ Secundum. Authoribus eiſdem. In baſilienſi dioceſi in oppido dānu: quedam incinerāda profeſſa eſt ultra quadraginta pueros ſe hoc modo necaſſe: ꝙ cum uterum exibant acum in caput per uerticē uſq; ad cerebrum infixerat: alia uero in dioceſi argentinenſi ſe pueros adeo multos necaſſe faſſa eſt ꝙ numerum ſcire nequiret: hac uero occaſione deprehenſa eſt. Cum enim ex quodam oppido quo obſtetricandi gratia ſe contulerat rediret: ad portam caſu lapſa eſt: & ex eius panniculo brachium pueruli lapſum apparuit: eaq; detenta & conſtito ꝙ puer ante baptiſmum interiſſet, & ſine altero brachio eſſet: queſtionibus expoſita omnia cantauit: &

ignibus ſuffragantibus interiit. ¶ Tertium. Hoc quoq; horrē dum facinus in deteſtationem criminis ſtrigimagarum minime tacendum eſt: ubi enim iſta monſtra pueros naſcentes non interimunt: in ſacrificium ſathane & eius angelis eleuatos ſuper ignē curant imolare. Authoribus qui ſupra quidam ſic retulit. Vxorem ſuam partus tempore cum preter omnem puerperarū morē animaduertiſſet nullius mulieris ingreſſum permittere niſi filie ſolius obſtetricis officium gerentis: eiuſce rei cauſam experiri uolens oportuno tempore & loco latitauit: uiditq; dicti ſacrificii ritum: q̄ ſcilicet ad inuocationem demonum per uerba horrenda infans nullo humano auxilio fultus per appendiculum quo ad ignem olle ſuſpenduntur: diabolo ferente eleuabatur. Qui territus puerulum ſtatim baptizari iuſſit: & in ponte fluuii quo ad baptiſma ibatur, obuians filie que puerum in medio duarum feminarum duobus uiris rei conſciis comitantibus portabat, exempto enſe in eam irruit in hec uerba. Nolo infantem per pontē deferas. Aut enim per ſe pontem euadet aut tu imergeris in fluuium. Territa illa a comitantibus mulieribus rem ignorantib[9] queſiuit an pater compos mentis eſſet. At ille. Peſſima feminarum inquit: que tua arte magica puerum ſcandere appendiculū feciſti: ut etiam nullo deferente pontem tranſeat facito: aut ſubmergeris. Coacta, poſito puero & demone arte ſua inuocato ſubito ultra pontem cernitur infans. O miſeram que demonē deferentem puerum habere potuit: deferentem uero ſe habere aut nō potuit aut neſciuit. Baptizato puero cū iā pater maleficiū hoc filie per duos uiros probare poſſet: ſacrificium uero diabolo factū probare non poſſet: per iudicem peracto tempore purgationis, filiam una cum matre delatam, ignibus adiecit. ¶ Quartum. Illa uero ſacrilega ſacrificii oblatio quid operetur in puero, unde gaudere poſſit impius demō: dico e multis pauca: q̄ ſcilicet diabolus diuino honore tunc in ſacrificii oblatione letetur: & q̄ talis proles experientia teſte magis diabolicis infeſtationibus ſubiaceat: & in maleficia pronior ſit: maxime ſi a parentibus offeratur: qui in prole puniuntur.

¶ Morbos omnes per ſtrigimagas a demonibus hominibus ac iumentis & terre naſcētibus leſiones ueraciter inferri. Capitulum Septimum.

Quia uero iam liquet ex his quonā modo demones ꝑ ſtrigimagas hominibus in generationis actu ĩportuni inſidientur: conſequens etiā eſt, ut quonā etiā modo ceteros morbos inferre poſſint & inferāt & hominibus & iumentis necnon arboribus & generaliter plantis leſionem, detegamus: quod equidem multis punctis abſoluemus. ¶ Punctum Primum. Omne morborum genus demones per ſtrigimagas hominibus permittente deo inferre poſſunt: unde & leproſos interdū & epilenticos hoies reddidiſſe leguntur. Quicquid.n. per actiua naturalia inferiora in eſſe adduci pōt, hoc totū demones poſſe, iam ex his que lib. primo ſcripta ſunt liquet: cum locali motu oīa eiuſmodi ſuis paſſiuis ad effectus educendos admouere poſſint: ſed omne genus infirmitatis per aliquod actiuum naturale inferius inducitur & non mō induci poteſt: non enim ex influxu ſiderum ſolo immediate morbos hoies patiuntur: cum oē agens naturale experientia teſte prius in uicinum agat q̄ in diſtans: & conſequenter prius in medium q̄ in extremum: niſi effectum ſuū inducat in inſtanti: ſicut ſol ad certā diſtantiam ſimul illuminat ꝓpinquā & remotam partē. Omne ergo infirmitatis genus homini demon inferre pōt ſe ſolo: & cōſequenter per maleficas: quia ille eiuſmodi effectus non efficiunt ſemp: ſed diabolus ab eis inuocatus propter explicitū uel implicitum pactū. Preterea idem per iſidoꝝ patet maleficaꝝ opera deſcribentem. 8. ethi. ca. 9. Malefici dicuntur inquit ob facinoꝝ magnitudinem. Hi.n. elementa cōcutiunt. ſ. opere demonū ad tēpeſtates concitandas, mentes hominū turbant: modis uidelicet ſupra tactis: uſum rationis uel omnino impediendo uel grauiter offuſcādo. Et ſubdit. Et abſq; ullo ueneni hauſtu uiolētia tm̄ carminis aīas interimunt: intellige nō per carmina ſed per demones dū ille carmināt cooperātes. Preterea idē tenuit. S. tho. 2. di. 5. 6. 7. & 8. & cōiter theologi oēs ibi ſcribētes: & id indubie ſentiētes ꝙ hoibꝰ obeſſe poſſit ī corpe prole iumētis & reliquis bonis: q̄ oīa in iob accepta licētia ſe poſſe facere diabolus probauit & in ſeptē mari-

tis ſarſe uxoris tobie. Immo & in fama: ſicut teſte io. an in hieronimiano: i forma ſiluani epiſcopi nazareth. turpiter nobilē matronam ſollicitauit. De priuatione quoq; uſus rationis arrepticii teſtantur. Auctor eſt ſigilbertus & uincen. in ſpe. libro. 27. Tempore ludouici ſecundi imperatoris in agro maguntino. demon quidā ī primis quidē domos ſaxis quaſi malleis percuſſit: de hinc publice loquendo & oſtendendo furta & perinde ſerendo diſcordias plures turbauit: tandē omnes contra unū irritans eiuſq; hoſpicium ubicunq; maneret incendēs eū ꝓ hoſpitio agros habere cōpulit: ac preſbiterorꝝ hac de cauſa letanias celebrantiū multos lapidibus cruentauit. Nec añ trienniū elapſum iſta quieuere. Ceterꝝ ad predicta dubiolum ſupereſt. Cur. n. maleficium aſcribetur ſtrigimage ſi demon ſolus efficit illud? Dico effectum ipſi ſoli demoni aſcribi: nō. n. ſi ſtrigimaga ſcopa aquā ad aera ſpargat, hoc ad ſequētem inde pluuiam aliquid efficeret: aut ſi imagini ceree infixa acu crucietur maleficiatus, illa infixio acus quicq̄ ad cruciatum operatur: cum utrunq; ſtrigimage uires exuperet: ſed utrunq; demon efficit propter explicitum, aut implicitū cū ſtrigimaga pactum. Culpa tñ & reatus ex hoc effectu utriq; utriq; aſcribiť demoni. ſ. & ſtrigimage: quia utriuſq; uoluntas in illud coit: illius operādo iſtius conſentiendo & obſecrando.

¶ Punctum ſecundum. Quia uero quid circa morbos demon impius poſſit iam ſatis ex dictis ī primo li. & hic cōſtat: iam quid circa hoc practicet hiſtorialiter libet referare: authore henri. inſti. q̄ꝙ inquireret cōtra ſtrigimagas: multa iuridice deprehendit. Eo tēpore quo īquit in oppido perſoruk. cōtra maleficas inquirebatur honeſta quedam matrona tabellione aſtante ſub ſuo iureiurando in hec uerba depoſuit. Cū in ſtatu uirginali cuidam domine iſeruirem cuius capitis dolorē malefica quedā mitigare conabať: uidi aquā ſcutelle infuſam cōtra naturam inde in ollā aſcendere. & maleficę indignata dixi me non intelligere quid faceret: cū nihil niſi ſupſtitioſa & q̄ ad mitigationē doloris nihil attinerent uiderem At illa: tertia īquit die ſenties an ſuperſtitioſa ſint. Igiť die tertia cū mane fuſum apprehendiſſem tātus me dolor ſubito corripuit. primo in omni interiori parte corporis: deinde in capite adeo ut mihi uiderentur iugiter igniti carbones imponi: demum in cor-

poris cute tota : ſic ut nec ſpacium ad inſtar puncti acus eſſet in quo puſtula alba ſanie plena non cerneretur : adeo ut diebus quatuor his doloribus agitata, eiulando & mortem in remedium aduocando : omnes uicinos perturbarim. Tandē me domine maritus (qui ut fama erat maleficam adulterio procabat) a malefica (ut creditur) habito conſilio : me ſtabulum quoddam intrare iuſſit : ac in ipſo in troitu petram albam iacentem & tollere & enodare : quod ut potui cum feciſſem : in ea quedam grana que nec edere nec uidere poſſe conſueuerā & ſerpentū ac brutorum oſſa, nec non grana quedam ad inſtar puſtularum mearū alba intuita ſum : que omnia ut domini mei iuſſu ignibus abſumpſi : nō quidē poſt hore aut quarte partis hore ſpaciolum ſed repente & ſtatim ſanitatem priſtinam nacta ſum. In eodem quoq̧ oppido alia honeſta matrona iuridice in hanc formam depoſuit. Cum in ortum meum ex uicino orto talis uicine mee tranſitum cum dāno meo fieri conſpexiſſem & de hoc apud me ſubmurmurarem : repente uicina illa aſtitit : & an illam ſuſpectam haberem requiſiuit. Territa ego ꝙ male fame eſſet : hoc tantum reſpondi, ꝙ greſſus per gramina iacturam indicabant : illaq̧ indignata forte ꝙ ad uota eius iurgiis cum ea me miſcere nolebam : ſubmurmurans & neſcio quid infrendens abſceſſit. Poſt paucos dies me dirus internorum dolor arripuit & in lateribus hinc inde punctiones due contrapugnantes : adeo ut die noctuq̧ uicinis forem clamoribus moleſtiſſima. Cunq̧ multi uiſitationis & condolendi gratia iugiter confluerent : figulus quidam qui dicta uicina malefica adulterans abutebatur : poſt conſolatoria uerba diſcedens : die ſequenti feſtiuus regreſſus, ꝙ noſcet an mihi ex maleficio infirmitas eueniſſet, conſequenter autem quid remedii eſſet indicauit : atq̧ ubi in aquam ſupra corpus meum plumbum liquefactum infudiſſet : inſpectis que reſultabant imaginibus : ex maleficio inquit morbus eſt, cuius pars ſub limine domus latitat. Cunq̧ ibi reperta eſſet imago cerea tota confoſſa cum duabus acubus ad latera hinc inde ad inſtar earum quas ferebam punctionum & nonnulla panniculis inuoluta & omnia in ignem cōiecta eſſent repente abeuntibus doloribus conualui : licet non plene ꝙ ſcilicet totum maleficium ueſtigare nequiuimus. In eodem quoq̧ oppido coquus

quidam archiducis: cũ ſpreta amaſia honeſtã & exteram iuuẽculã in matrimoniũ conduxiſſet: amaſia malefica i publica uia multis honeſtis perſonis & ſpectantibus & audientibus predicte iuuencu le maleficium mortemq; predixit: extenſa manu dicens. Non diu de tuo marito gaudebis. Sequenti die iuuencula lecto decu buit: & poſt paucos dies mortem obiuit: ſemper conteſtans: en ſic morior: ꝙ illa deo permittente me ſuis maleficiis interemit. Et ſimile ibi multis accidit: & cum aliis domicello cuidam: qui cum per famulum amaſie eum nocte expetenti: excuſationem feciſſet: ꝙ ea nocte ei complacere nequiret: reſpondit amaſia. Dic domicello: me diu non uexabit. Igitur ille ſequenti die infirmatus: non multo poſt interiit. Si que in eo ſolo oppido acta per ſtrigimagas ſunt quis referre uoluerit: uolumen conficiat oportet. ❡ Punctum Tertium. Quid uero iumentis que proximum nobis locum in nobilitate tenent officiant ſtrigimage ex his quiſq; norit. Si enim homines morbis afficiunt: quã ſpecialius diuine prouidentie q̃ bruta ſubduntur: dicente paulo: nunquid de bobus cura eſt deo? quanto magis bruta: que aliquid ſunt hominis. Vnde & oues iob ignibus demon cuius ſuffragiis ſtrigimage nituntur abſumpſit: ſic etiam per uillas ubi ſtrigimage uigent ſibiinuicem uaccas lacte ex inuidia priuant: interdum etiam interimunt. Cum enim lac ex menſtruo ſit: ueluti menſtruum exiccari poteſt: uel a natura uel ab iſirmitate aut arte malefica que infirmitatem inducere nouit. Practicam uero quomodo ſtrigimage conficiant: referre non expedit: q̃q̃ ſi referrem non ſtrigimage predicta attentare uolentes peccare quidem ex mala uoluntate poſſent: effectum tamen habere nõ poſſent per nudam demonum aduocationẽ: ꝙ. ſ. eo careãt fundamento ꝙ homagiũ diabolo nõ preſtiterint & xp̃ianam fidẽ non abnegarint uerbis aut ope aliqua leuia & ſupſtitioſa admittẽtes uerũ de hoc latius diſputemus ex facto quopiã themate ſumpto. Quidã in quadã ſocietate iucunda poſiti (author eſt henri. inſti.) in prato iuxta torrentem tpe maii butyrũ maicum quod ibi non erat cupiuerunt: ex quibus unus procurabo inquit uobis illud: & quidẽ optimũ. Et ſtatim nudus torrentẽ intrans ac ſedens dorſo aduerſus impetũ aque certa uerba dicens: & aquã manibus poſt

tergũ ceteris ſpectantibus monens:butyrũ eius tẽporis copioſum ad iſtar quo eo tẽpore ad forꝫ ruſtice ferũt apportauit:qđ ſocii ue- luti optimũ probarunt. Hic ergo haud dubio in ſua practica fuit certus:& non aliter niſi quia aut per pactum expreſſum quaſi ma- leficus auxilio demonis uſus eſt:aut ꝑ pactũ tacitũ ex his q̃ exper tus erat diabolũ ſibi non defuturꝫ norat:neq̧.n.ſine uirtute huma na altiore id factũ eſt: ſed neqꝫ diuina haud dubiũ factũ:alioquin quonã pacto deus nuditatem & leuẽ in aqua ſectionem exegiſſet unde diabolica factũ ſit oportet. Si ergo diaboli ſuffragio, quaſi maleficus expreſſo pacto uſus eſt:iam diſcuſſione opus non eſt:tali bus .n.diabolus ſuffragari, deo permittente cõſueuit. Si uero ex- preſſum pactũ non interuenit:implicitũ interuenerit oportet:uel quia a matre uel obſtetrice diabolo oblatus & perinde execratus fuit:uel quia ipſe aut uerbo, aut opere aliqua.ſ.ſuperſtitioſa admit tendo apoſtatauit. Pro quo & illud ſcire oportet ꝙ diuus tho. 2. di.7.q.3.ar.2.q̃rens utrũ auxilio demonũ uti in effectibus corpora libus qui per eos inducunt ſit malũ: reſpondet ꝙ q̃ ſupra homi- nis & nature facultatem ſunt, a ſolo deo exquirenda ſunt:unde ſi cut grauiter peccat qui quod dei eſt per idolatriam exhibet creatu re.ſ.cultũ, ita & qui ea que a deo expetenda ſunt auxilio demonũ ĩplorant:cuiuſmodi eſt uaticinatio de futuro iſay.8.nunquid non populus a deo ſuo requiret uiſionẽ? & ſimiliter in aliis operibꝰ ma gicis:in quibus cõplementum operis ex demonũ uirtute quis pre ſtolatur. In his.n.omnibus eſt apoſtaſia a fide ꝑ pactum initũ cũ demone:aut uerbotenus, ſi interſit inuocatio aut facto aliquo ẽt ſi ſacrificia deſint:nõ.n. põt homo duobus dominis ſeruire mat. 7. hec ille. Alber.quoqꝫ idem affirmans ꝙ.ſ.in talibus ſemꝑ ĩter- cedat apoſtaſia uerbo uel opere magis explicat dicens. Si.n. inq̃t inuocationes, cõiurationes, fumigationes & adorationes fiũt:tũc apertum pactum initur cum malo demone:abſqꝫ hoc uidelicet ꝙ quis diabolo corpus & animã tradat:cũ fidei abnegatione in toto uel in parte:quia ꝑ hoc ꝙ ipſum inuocat iam cõmittit apoſtaſiam uerborum apertam: ſi uero uerborum inuocatio aperta non fiat: uerum ſolum opere ſimplici fit:quia .ſ.tale opus facit:ꝙ nõ niſi demonis auxilio perfici poteſt:tunc ſiue illud faciat inchoando in nõie diaboli:ſiue per alia uerba ignota:ſiue abſqꝫ omni uerbo:illa

tñ intentione

eſt intentione ut dictū eſt.ſ.ut demon perficiat, tūc inquit eſt apo-
ſtaſia operis: quia illud opus expectat᷑ a demone: aliquid aūt a de-
mone expectare uel per demonē ꝑcipere ſemper eſt fidei cōtume
lia, ideoq̄ apoſtaſia. Hec ex illo: ex quo elicere licet ꝙ iuocatio de
monis & cōſequenter pactū expreſſum dupliciter fit: primo ꝑ ex-
preſſa uerba.ſ. iuocando aut cōiurando. ſecūdo ꝑfacta q̄ talia ſunt
ut expreſſe in demonis honorē cedant: ut ponere eis thura aut eos
adorare: quibus patēter annexa eſt intētio expreſſa demones iuo
candi. Pactū uero implicitū ſiue inuocatio implicita eſt, cū opus
aliquod ad aliquid aſſequendū fit qđ uirtute illius operis fieri ne
quit: ſed expectat᷑ a demone: uel a fortuna, aut quocunq̄ modo:
dūmodo nō expectet᷑ a deo ſolo. Ex quo ēt patet ꝙ q ex ſimplicita
te ſuperſtitioſis rebus utūtur, putantes tñ ꝙ effectus a deo aliquo
modo emergat, nō ſunt proprie apoſtate a fide. Colligitur etiam
ex eodē facto aut ēt quocunq̄ cōſimili, ꝙ quia diabolus nouas re
rum ſpecies cōdere nequit, niſi infimas & naturalibus actiuis adhi
bitis: ubi tā ſubito butirū optimū ex aqua proſiliuit, hoc demō nō
effecerit aquā mutādo in lac aut butirꝫ: ſed uel butirꝫ ex loco alio
deferēdo, uel ex naturali boue naturale lac ſumēs illud in butirꝫ
ea arte qua & mulieres celerius tñ cōuertendo. Ad quod etiam &
illud reducit᷑, ꝙ ſuperſtigioſorū quidā, uino aut eiuſmodi noctur
no tēpore indigētes ſumpto uaſe per uicū excurrendo illud plenū
excipiunt: demon.n. aliunde uero uino allato uaſculū cōplet. Sic
laude tēpore noſtro quidā ſiluano ſpiritui iuiſibili pecunias ſigna
tas dederunt aromata allaturo que non niſi in una eiuſce generis
apotheca habebātur: & ab aromatario quendā illuc gallico ſeruili
habitu acceſſiſſe & dictas pecunias exoluiſſe didicerūt. Igitur iſte
beſtiales & infernales furie, ſicut hominibus ita & iumentis, aut
tactu & uiſu, aut uiſu ſolo cooperante demone, aut aliquo inſtru
mento maleficii ſub limine porte occultato in nomine diaboli &
omniū demoniorum inficiunt: immo & cōficiunt. Sic enim in
rauenſpurg. faſſe ſunt incinerande: addentes ꝙ inſtantibus de-
monibus meliores equos & pinguiora iumenta ſemper aggredie
bantur. Deniq̄ cum ex eis quedam cui anne nomen erat: uni ex
rectoribus uiginti & tres equos maleficiis interemiſſet: & ille uige
ſimū quartū in extrema pauptate coemiſſet, i ſtabuli ſui oſtio ſtās

malefice in oſtio ſue domus itidē ſtati dixit. Deo & ſue matri ſpō deo: q̄ ſi equus hic moriat̄, te manibus propriis iugulabo: ſicq̄ terror malefice equū ſaluauit. Capta deinde & interrogata quonam mō talia feciſſet, aliud inq̄t niſi foueā feci nihil: in quā diabolus certas res ſibi incognitas immiſiſſet. Ex qua re colligit̄ q̄ aut manū ſolā, aut ſolū uiſum ſtrigimage neceſſario exhibent (cetera p̄ficit demon) ut uel in aliquo cooperent̄ ad maiorē diuine maieſtatis offenſam: cōſequēter aūt & maiorē licentiam ſeuiendi.

¶ Punctum Quartum. ſtrigimagas per demones, demoneſq̄ p̄ ſtrigimagas fulmina, grādines, pluuias, uētos & eiuſmodi ſuper terre naſcentia deo p̄mittente poſſe cōcitare lr̄e diuine teſtant̄: in iob: quippe q̄ aſſeuerant: q̄ accepta licentia a deo ipſius demon ſabeos in quingenta iuga boū aſinaſq̄ quingentas rapiendas & pueros gladio abſumendos armarit & impulerit: ignēq̄ e celo deduxit q̄ tria ouiū milia & pueros cuſtodes abſumeret: necnō caldeos in tria milia camelo℞ ſubripiēda & pueros necandos armarit: uētum quoq̄ e regione deſerti flare cōpulit. qui euerſa domo filios filiaſq̄ necarit: inſuper ut etiā ſuperius tactum eſt, carnē eius iob ſcilicet graui ulcere uulnerauit: & q̄d quibuſdam oīum grauiſſimum uideri potuit uxorem & tres amicos in eū oppugnandū excitauit: ut liquet iob primo capite & ſequētibus. ubi & diuus thomas ſic loquitur. Quod deo permittente demones aeris p̄turbationem, uētos & ignis e celo caſum inducere poſſint: confiteri neceſſe eſt. Quamuis angelis aut bonis aut malis ad formarum ſuſceptionem ad nutum nō obediat natura corporea uerum ſoli deo creatori: ceterum tamen ſecus quantum ad motum localem: cuius rei argumentum in homine uidere licet: quippe ad uoluntatis imperium membra ad opus uolitum mouentur. Quecunq̄ igitur locali corpo℞ motu effici poſſunt: hec quiſq̄ angelus etiam malus naturali uirtute poteſt efficere modo ei non interdicatur a deo. Ventos autem & pluuias & eiuſce alias aeris turbationes, ſolo uaporum motu a terra & aqua reſolutorum fieri poſſe planum eſt: unde ad eiuſmodi demonis uirtus naturaq̄ ſufficiunt. Hec ex diuo thoma. Glo. quoq̄ in illud pſal. uocauit famem ſuper terram. Hec mala inquit permittit deus per angelos malos: qui talibus p̄poſiti ſunt. Author eſt nider in formi.

Quidā maleficus detentus & ſup eiuſmodi a iudice interrogatus; facile inquit grandines procuramus : ceterū tamen omnes ledere non ualemus ſputa ſigno crucis munitos:ſed eos tantum qui ſunt auxilio diuino deſtituti. Modus autem inquit noſter hic eſt. In primis enim in agro demonum principem certis uerbis inuocamus petentes nobis e ſuis demonem unum dirigat : qui nobis auxilio ſit:& deſignatū maleficio uel damno afficiat. Cui iam preſenti in biuio pullum nigrum immolamus :iactantes in aeras quo ab eo ſuſcepto ſtatim obedit :& ſtatim irruit aut pluuia aut grando & fulmina & eiuſmodi :non tamen ſemper ad loca per nos deſtinata:ſed prout deus uiuens uoluerit permittere. Hec ibi ſed intellige ꝙ de ſubſtantia eiuſmodi eſt inuocatio demonis :cetera uero cerimonialia ſunt & debene eſſe:unde interdum pluuias & grandines adducunt facta foſſula & aqua repleta quam manus in nomine diaboli mouent. Ibidem quoq̧ de mago qui ſtatus dicebatur in agro bernenſium : qui de ea re ſe iactabat ꝙ e medio inimicorum ſuorum in ſpecie muris per eorum manus dilaberetur:quod & ſepe fecit aliquando tamen facere nequiuit tēporis charitate deceptus :unde repente gladiis & haſtis interiit. Hic ſuperſtitem quem ex diſcipulo magiſtrum fecerat reliquit qui in hopo dictus eſt. Sciuerunt hi duo pro uoto tertiam partem fimi feni uel frumenti aut rei cuiuſq̧ ad proprium agrum de agro uicino nullo uidente transferre : ſub oculis parentum pueros in aquam nullo eos uidente ſubmergere:grādines auras & fulmina iaculari: ſterilitatem & hominibus & iumentis inferre :ictu fulminis quem uellent interimere :& alia multa peſtifera abſoluere. Author etiam expertus eſt henri. inſtito. & ſocius. In dioceſi conſtañ. ab oppido rauenſpurg uerſus ſatzburgam:ad duo de triginta miliaria teutonica ,grando ſeuiſſima, non fructus modo uerum etiam uineas & plantas in latitudine unius miliaris adeo triuerat : ꝙ in uineis tertius annus frugifer minime iudicabatur. Tanta autem infamia de maleficio ſuper duas agnetem ſcilicet quandam & annam extitit ꝙ dicti inquiſitores ad inquirendū clamante populo coacti ſunt. Ambe capte & ſeorſum diſtinctis ergaſtulis detente factum uno modo narrarunt: & facile ,ꝙ hora meridiana iuſſe a demone in agrū prodire,cū ſub certa arbore

oſtenderunt,& iuſſu eius facta foſſula ini ectam aquam digito in nomine diaboli& omnium demoniorum mouerunt:que in aerē a diabolo eleuata eſt:& ubi ambe hoſtio ſue domus propinquarunt grando ruit. Infinita eiuſmodi adduci poterant:niſi hec etiam ſuperflua forent.

ℭ Quod ſe & ſtrigimagas demon per uarias ſpecies formaſq; demonſtret. Capi. Octauum.

QVia iam quonā pacto demon ueraciter noceat monſtratum eſt:quonā etiam modo apparenter operetur monſtremus oportet:quod multis punctis abſoluēdum eſt. ℭ Punctum Primum. Demonem ſpecies uarias rerum q̄ non ſunt in rerum exiſtentia homini poſſe monſtrare:&ſi ex dictis libro primo patuerit:nunc tamen breui ratione & auctoritate monſtratur. Ratione ſic. Quecunq; locali motu corporum inferiorum effici poſſunt, utiq; demon efficere poſſit oportet:qui eiuſmodi corpora pro libito mouet de loco in locum,ut oſtēſum eſt. Sed eiuſmodi fantaſticas & uanas apparitiones locali motu ſpirituum & humorū poſſe fieri nedū q̄tum ad fantaſiā uerum etiā q̄tum ad ſenſum exteriorem, oſtendunt q̄tum ad fantaſiam quidem ſomniantes:unde ut etiam teſtatur ari.lib. de ſom.& uigil.id fit per motum ſanguinis & ſpirituum:q̄tum uero ad exteriorem ſenſum oſtendunt frenetici q̄ interdum uigilantes oſtendunt ſe uidere quod non eſt:quinetiā q alii idem non uideāt eis miraculo eſt. Poteſt igitur hoc demō Preterea quod poſſunt actiua naturalia poteſt & demon:quippe qui ea ad ſuos effect⁹ locali motu admouere poteſt,ut lubet. Sed eiuſmodi illuſorias apparitiones naturalia corpora poſſunt:nam herba quedam teſte diuo thoma fumigans trabes in ſerpentum forma oculis oſtentat:& ignis in ciato maluatici ad carbones bullientis tactu accenſe candele ſuccenſus aſtantes ſub forma tam liuida repreſentat,ut acherontini ſpiritus in humana ſpecie uideantur. Igiť id poſſit ēt demō oportet. Auctoritate uero liq̄t p canonem.25.q.6.epi:ut ſupra ca.1.huius ſecūdi lib.citatū eſt:& p augu. ibidē in ca.nec mir: & in uitis patrū legiť de iuuencula q̄ oibus excepto btō machario equa uidebať. Poſſumus & ad id litteras di

ſinas adduceret:de nabuchodonoſor rege daniel.4. ubi hētur in
hec uerba. In aula babilonis rex deābulabat. Reſpōditq; & ait .ſ.
ex magna ſupbia. Nōne hec eſt babilon ciuitas magna quā ego
edificaui in domū regni in robore fortitudinis mee, & ī gloria de
coris mei? Cunq; ſermo adhuc eſſet in ore regis:uox de celo ruit:
Tibi dī nabuchodonoſor rex. Regnū tuū trāſibit a te, & ab hoib⁹
eiicięt te, & cū beſtiis & feris erit habitatio tua, fenū quaſi bos co
medes, & ſeptē tempa mutabunt ſup te, donec ſcias q dominet
excelſus in regno hoim & cuicūq; uoluerit det illud. Eadē hora
ſermo ↄpletus eſt ſup nabuchodonoſor, & ex hoibus abiectus ē,
& fenū ut bos comedit, & rore celi corpus eius infectū eſt, donec
capilli eius in ſimilitudinē aquilaꝝ creſcerēt, & ungues eius quaſi
ungues auiū. Igitur poſt finē dieꝝ ego nabuchodonoſor oculos
meos ad celū leuaui, & ſenſus meus redditus eſt mihi, & altiſſimo
benedixi, & uiuentē in ſempiternū laudaui & glorificaui:quia po
teſtas eius ptās ſempiterna, & regnū eius in generatione & gene-
rationē, & oēs habitatores terre apud eū in nihilū reputati ſunt.
Iuxta uoluntatē.n. ſuā facit tam in uirtutibus celi q̄ in habitato-
ribus terre, & non eſt qui reſiſtat manui eius, & dicat ei:quare feci-
ſti? In ipſo tempe ſenſus meus reuerſus eſt ad me, & ad honorē
regni mei decorēq; pueni & figura mea reuerſa eſt ad me, & opti
mates mei & magiſtratus mei requiſierunt me, & in regno meo
reſtitutus ſum, & magnificentia amplior addita eſt mihi. Nunc
igitur ego nabuchodonoſor laudo & magnifico & glorifico re-
gem celi:quia oia opa eius uera & oēs uie eius iudicia: & gradiē-
tes in ſuperbia pōt humiliare. Hec ibi. Ex hoc aūt textu patet q
iſte rex percuſſus fuit amentia; quia dicit q ſit ei ſuus ſenſus reſti
tutus: item ſibi uidebat q non haberet formā hois: unde dicitur
figura mea reuerſa eſt ad me: uidebatur.n. ſibi q in parte anterio
ri eſſet bos in poſteriori leo: q ſcilicet principes in iuuentute laſci-
ui in ſenecta rapaces ſunt: fuit āt pcuſſus p angelū: qa iſta corpalia
p ſpūs āgelicos de⁹ adminiſtrat apud oēs ſanctos. vn̄ paulo ſupra
eodē ca. uigil.i. angelus dī annūciaſſe iſtā regis punitionē: pn̄t āt
cū nālia in demonib⁹ integra māſerint apud dio. ēt demō eiuſmo
di fantaſie apparitiones pōt efficere: niſi dicat q iſta furia & amē-
tia regis fuerit miraculoſa; quod ſomniauit doctorum nemo,

Duobus autem modis apud diuum tho. ut etiam ſupra dictum eſt hoc per demonem fieri poteſt. ¶ Primo ut ſpecies que in theſauro interiori ſeruantur cum tanta uehementia ad fantaſiam & ſenſum communem deducantur ut etiam ſenſus exteriores quorū organa fantaſie & communi ſenſui contigua ſunt quoquo modo immutentur. ¶ Secundo per alteratione organorū: eo modo quo propter coleram dulcia uidentur amara. ¶ Adde tertio per formationem alicuius corporis illud hoi circundādo: ut uideat aliis aſinus & ſibi quoq; quo ad imaginationē & nō quo ad intellectū: ut infra patebit ubi de remediis agetur ꝯtra preſtigioſam ablationē membri genitalis. Nec tn̄ predictis obſtat ꝙ nulla creatura niſi a deo mutari pōt in aliā ſpeciem uel ſimilitudinē. 26. q. 5. epi. Dico enim ut ſupra probatū eſt: ꝙ illud intelligitur de mutatione eſſentiali: quā diabolus facere nequit: puta ꝙ hō ſit lupus: non aūt de preſtigioſa qua homo ſit quidē homo: uideatur aūt lupus. Non obſtat etiam ꝙ iſtam formā beſtie que uidetur alicubi eſſe oportet: nec tn̄ eſt in ſenſu: quia ſenſus ſpēm non habet niſi a re acceptam: que res. i. uera beſtia hic non eſt: nec iterum eſſe poteſt in ea re que uidetur: puta in puella q̄ uidetur equa: alioquin due ſubſtātiales forme in eodem ſimul eſſent: nec in aere tum quia non eſt ſuſceptiuus figure: tum quia non ſtat: tum quia omnes uiderent. Nullibi ergo eſt & conſequenter non eſt. Non obſtat inq̄ q̄a hoc argumentum diuus tho. in. 2. di. 8 & facit & ſoluit: dicens ꝙ eſt in ſenſu: uel per deductionē ab interiori uel per alterationem organorum: & ſic eſt accepta a re prius ſi primo uel accipitur tunc cū deceptione ſi ſecundo mō ſit. Dicta tn̄ deductio ab interiori & immutatio non ſic fit quaſi demon aſſumpto corpore ſe interius obiiciat fantaſie que etiam eſt in corporeo organo: alioquin duo corpora ſimul eſſent: neq; imediate quicq̄ alterando: cū id neq̄at ut oſtēſum eſt: ſed id efficit mouendo localiter: non quaſi organum fantaſticum diuidens: alioquin dolor adeſſet: ſed mouendo ſanguinem & alios humores: conſequenter autem & ſpiritus ac fantaſmata. Sed contra hoc, quia nihil noui poſſet oſtendere: contra auguſtinum dicentem ꝙ formas & notas & ignotas oſtendit. ¶ Solutio. Non poteſt oſtendere aliquid nouum ex toto quod ſcilicet nec ex toto nec ex parte fuerit in ſenſu: ut ꝙ al-

bedinem uideat natus cecus: poteſt tamen oſtendere nouam ſpeciem totius: puta montem aureum; cuius tamen partes in ſenſu fuerunt, mons ſcilicet & aurum.

¶ Punctum ſecundum. Pro predictis melius enodandis multa dico. ¶ Primum. Cum dicitur in capitulo epiſcopi nullam creaturam poſſe aliam transmutare in aliam formam uel ſpeciē dicendum eſt ꝙ transmutatio duplex ſit: ſubſtantialis uidelicet & accidentalis: q̄ ēt duplex eſt .ſ. in formam naturalē & rei q̄ uidetur inherentē, & in formā ſolū herentē & inexiſtentē ſenſibus uidentis. Primam trāſmutationem .ſ. ſubſtantialem demon efficere non poteſt: ut ꝙ homo fiat bos. Secundam uero per motum localem efficere poteſt: inducendo infirmitates & conſequenter colores malos: ut probatum eſt: & ſimiliter. Et tertiam de his non loquitur capitulum: ſed de prima: alioquin eſſet contra experientiam & rationem & auctoritatem: ut patuit. ¶ Secundum. Quod auguſtinus .18. de ciui. capi. 17. recitat ꝙ circes ulixis ſocios mutarit in beſtias: & ꝙ ſtabularie quedam hoſpites ſuos in iumēta onera ferentia uerterunt: & diomedis ſocios mutatos in aues olim circa diomedis templū uolaſſe: quodq; de ſuo patre cōſtantius retulerit ꝙ ipſe pater ſuus ueraciter dixerit ſe & caballum fuiſſe & annonam cum aliis iumētis baiulaſſe: quantū ad circem attinet ſic intelligendum eſt. Ibi .n. beſtiarum uera forma etiam accidentalis inherens non fuit apud aliquos: ſed ille ſpecies in ſenſibꝰ illorum & intuentium erant per deductionem ex theſauro: q̄q̄ dici poſſet demones corpus aſſumptum in ſpecie brutali illis circūpoſuiſſe: ut ſic ibi fuerit forma accidentalis alicui corpori extra ſenſus inherens. Et idem de ſtabulariis & caballo conſtantii dixerim: ita ꝙ duplici dicto modo illa eſſe potuerunt: q̄q̄ credam modo primo fuiſſe: addens ꝙ homo onus iumenti ferre uidebatur cum tamē ultra uires nequiret: iuuabat enim demon. Quantum uero attinet ad ſocios diomedis: cum illi una cum duce ſubmerſi aquis obuoluti ſint: fabricato duci tēplo demones in aſſumptis corporibꝰ circūuolarunt: q̄q̄ & hoc p deductionē ſpērum ad ſenſus eē potuit: primū tñ fuiſſe credid: vn̄ & diuus tho. 2. di. 8. dicit quorūdā opinionē fuiſſe angelos tū bonos tū malos nunq̄ corpa ſumpſiſſe: oīa aūt que de apparitionibus eoꝝ ex diuinis litteris ſa

ſta leguntˀ in preſtigiis aut ſm imaginariā uiſionē extitiſſe. Hec ex illo: qui tamen eam opinionem non probat.

¶ Punctū tertiū. Predicta tñ niſi in capite hoīs ſint demones aut in organis ſenſuum nō efficiunt: unde quonā modo id in capite uel ſenſibus ſine leſione opētur perſcrutari oportet: dicēdo multa. ¶ Primū. Si diabolica illuſio ea rōe fiat, ꝙ exteriores ſenſus per aſſumptū corpus & eis obiectū fiat oſtendendo qđ non eſt uel qđ eſt interpoſito corpe occultando. iā demonē organa ſenſuū occupare conſequēter aūt & uexare nō oportet, ut liquet: ſi uero fiat ꝑ ſenſus interiores tm̄, aut per interiores uſqȝ ad exteriores deducendo humores & ſpēs a memoria ad fantaſiam & ſenſus etiā exteriores (ut ſupra) hoc utiqȝ niſi caput & organa a demone occupētur eſſe nequit: quia angelus ubi operatur ibi eſt: hoc tñ ſine dolore utiqȝ eſſe pōt: tū quia ex tali motione organa nō diuiduntur, ſed ſpēs mouentˀ dūtaxat: tū qa organo nulla qualitas leſiua maxime infertur: cū omni tali qualitate careat demon. Nec obſtat quia iuxta hoc duo ſpūs eſſent in uno loco angelus .ſ. malus & aīa: & cōſequenter cōfuſio operationū eſſet. Non obſtat inq̄: quia operationum cōfuſio ea rōne ſequeretur, ſi eodem mō uel idem genus operis uterqȝ ſpūs eliceret: ceu dicamꝰ duos angelos occupare unū lapidē quem uterqȝ localiter moueret: modo aīa ibi operatˀ ut forma uegetans, non aūt ut localiter mouēs idē preciſe qđ angelus. An aūt tales ſint arrepticii dicetur pene ſtatim.

¶ Punctū Quartū. Quid uero de his lupis ſentiendū ſit qui pueros & hoīes ēt intra oppida rapientes nulla ui aut arte capi aut ledi poſſunt. dico interdū hoc naturalē hr̄e cauſam interdū diabolicam. Et naturalē quidē multipliciter apud alber. de animal. puta famē ferocitatem aut catulos & eiuſmodi: diabolicā uero demonibus illudentibus: qñ deus propter pc̄tā populū aliquem punit: iuxta illud leui. 16. ſi nō feceritis mādata mea mittā in uos beſtias agri: quod tūc accidit qñ ultra lupoꝝ uires & aſtutiā de manibus inſequentiū dilabuntur. Hoc aūt dupliciter cōtingit: & in primis per demonē ipſum ſine magico cōcurſu: dū uerum lupū demon obſidet, & in talia urget: ſicut quadraginta & duos pueros eliſeū ridētes, urſi duo egreſſi de ſilua interemerūt: & propter ſimile letanie minores inſtitute ſunt ab epō uienenſi. Deinde uero ēt opere maleficoꝝ

malefico:ſicut guil. narrat in li. de uni. ꝙ quidā certis tēporib⁹ in antris dormiēs putabat ſe uerti in lupū & pueros uorare:cū tñ illud demon in obſeſſo lupo ageret. Iuxta pdicta āt pōt demon multi pliciter genus hoim ſic illudere. primo obſeſſo uero lupo ſiue ar rep to:quē ꝑ uoto in mala īpellit & e manibus inſequentiū eripit uel uſu naturalis uirtutis lupine:uel eū mouēdo localiter aut occul tando & reddendo inuiſibilē. ſcđo aſſumēdo corpus in figura lu pi:& iſta perficiendo. tertio oñdendo hoiem aut aliud animal in figura lupi p quē iſta faciat. quarto preſtigioſe ut ſenſibus noſtris ita uideatur & nihil ſit in re:quod tñ locum minime habet qñ in re ſunt ueri effectus puta puerorum mortes.

¶ Punctū Quintū. An ad ſtrigimagarū bñplacitū hoies demon poſſidere q̄ar enodare uolentes:multa dicemus. ¶ Primū. Diuus tho. 3. quol. ar. 8. ſic habet. Diabolū hoiem īhabitare dupliciter po teſt intelligi:uel q̄tū ad aiam ſ. uel q̄tū ad corpus. Et q̄tū ad aīam quidē diabol⁹ hoiē ſubſtātialiter inhītare nō pōt:ſol⁹. n. de⁹ illabi tur menti. Sed contra hoc. Culpa. n. mortalis opponit̃ gratie: ſpiri tuſſanctus aūt cū gratia ſemp inhabitat hoiēm: ſm illud. 1. cor. 3. templū dei eſtis &. S. S. habitat in uobis:& ꝑñt cum mortali culpa vr̃ ſpirit⁹ malign⁹ hominē ſubſtātialiter īhītare. So. Nō ita diabo lus culpā ut. S. S. gratiam cauſat: ſpirituſſanctus. n. interius operat̃ diabolus āt exterius ſuggerit:uel q̄tū ad ſenſum, uel q̄tum ad ima ginationem:dicitur tñ inhabitare affectum hois p effectū malitie non ſolum qñ ex eius ſuggeſtione pctm̄ ppetrat̃ ſed etiā p quod cunq; pctm̄ mortale:quia ex quocunq; tali diabolice ſeruituti hō addicit̃. Quantū uero ad corpus diabolus pōt hoiem ſubſtantiali ter inhabitare:ut in arrepticiis patet:ſed hoc ad rationē pene pti net magis q̄ culpe:pene aūt corporales uite huius nō ſemp conſe quuntur culpam:ſed qñq; peccantibus non inferuntur & inferunt̃ non peccantibus:ut de ceco nato dr̃ io. 9. quod eſt ſm altitudinē iudiciorum dei. Vnde non cū qualibet culpa mortali diabolus hoiem ſubſtātialiter inhītat:etiā q̄tū ad corpus. ¶ Scđm. Diabolū inhabitare hoiem ſubſtātialiter eſt hoiem eſſe arrepticiū:ut patuit ex diuo tho. eē uero hoiem arrepticiū qđ ſit minime legi:ex lectis tñ puto ꝙ ſit hoiem dei pmiſſu ita demoni tradi ut eius membris pro libito utatur ad interius & exterius:qđ equidē ex quinq; cau

ſis in gñe fuiſſe lego:q̃q̃ ex aliis inũeris maxime in ſpẽ eẽ poſ
ſet. Aliqñ.n.quis poſſidet a demõe pro ſuo merito maiore cumu
lando:ſicut ex ſeuero in hiſtoria diui martini liquet quẽdam tan
te ſanctitatis uirũ ut & uerba & ueſtes eius demones pellerẽt, peti-
uiſſe & obtinuiſſe ad humilitatis tutamen quinq; mẽſibus arripi:
quibus actis liber euaſit a demone & a gloria uana. Aliqñ uero ꝓ
aliena licet leui culpa:ſicut de abbate eleuterio greg.in dia. narrat
ꝙ cũ puerum quẽdam arrepticiũ diu inter moniales uerſatum cu-
raſſet, quadã die letiore q̃ par erat mẽte ſuis monachis dixit ꝙ dia
bolus cũ illis ſanctimonialibus iocabat, ſed ut ad ſeruos dei uẽtũ
eſt, puerũ iſtum adire nõ eſt auſus:& ſtatim puerũ in penam illius
elationis arripuit demon:licet denuo ab eodẽ ieiuniis & orationi
bus curatus ſit. Aliqñ pro ueniali peccato proprio:ſicut p caſſia.
patet, colla. abbatis ſireni prima:dicentẽ ꝙ moiſes in heremo cũ
ſingularis & incõparabilis uir eſſet ob reprehenſionẽ unius ſermo
nis quẽ contra abbatẽ macharium diſputans paulo durius protu-
lit quadam.ſ.opinione preuentus diro confeſtim traditus eſt de-
moni, ut hũanas egeſtiones ori ſuo ab eo ſuppletꝰ ingereret:quod
flagellum purgationis gratia dñs intuliſſe uidetur:ne ſcilicet in eo
uel momentanei delicti culpa reſideret: qd' ex curatione mira pa-
tuit. Demonẽ enim ſtatim abbas macharius ſua oratiõe fugauit.
Simile huic eſt ꝙ apud gre. in dia. monialẽ ꝙ lactucã nõ impreſ
ſo ſigno crucis comedit, ſtatim arripuit. Aliqñ pro graui peccato
alieno:ceu apud gre.in dia.cum diabolus eiectus a btõ fortunato
ueſpere p uicos i ſpecie peregrini clamaret: o ſctm̃ uirũ fortunatũ
epm̃, ecce de hoſpitio me peregrinũ proiecit, nec ubi quieſcã iue-
nio: quidã in ſpiritu detractionis (.i.ut epiſcopum reprehenſibilẽ
redderet) cũ uxore & filio ſedens peregrinum excepit hoſpitio, q
filiũ eius arripuit & in ignem iecit & interemit. Aliqñ uero ꝓ ma
gno facinore proprio:ſicut ſaul inobediens deo.1.reg.15. arreptus
eſt:ſicut etiã plerũq; inſequutores martirũ ſunt arrepti. ¶ Tertiũ.
Inſtãtibus ſtrigimagis hoies a diabolo arripiunt interdũ. Oi.n.
mõ quo p ſe hoies ledere põt, ẽt maleficis iſtãtibꝰ põt: nõ.n.ui p-
dit inuocatus:imo cũ ſtrigimaga cooperãte deus magis offenda
tur, maior etiam licentia ſeuiendi in homines datur. Vnde tem-
pore pii ſecundi magiſter henri.inſtit.quẽdam arrepticiũ ſacerdo

tem & declamatorem ſecum habuit, & in itinere & Rome : ex cu
ius dictis que ad doctrinam conferant perplura eliciuntur.
Mihi inquit malefica quedam a me obiurgata infirmitatem hanc
attulit: prius minata q̄ poſtq̄ dies paucos his intenderem que
mihi euenirent. Vſu autem rationis tunc ſolum priuor: cum
aut diuinis uacare, aut pia loca inuiſere uolo. Cum uero iſte
inter eccleſias tranſeundo genu figeret pro diua matre & uirgi
ne ſalutanda eius linguam non parum extra os protendebat: &
interrogatus an huic poſſet obſiſtere minime inquit, ſic enim
membris omnibus & organis utitur collo, lingua, pulmone ad
loquendum uel eiulandum ut ei placet, quod ego quidem uer
ba que ex me format audio ſed reſiſtere nequeo: & quanto aui
dius orationi inſto tanto acrius linguam meam prorogat & pro
tendit. Et de his ſatis. Epilogando uero patet q̄ ſtrigimage
grauiſſimis & horrendis criminibus obuoluuntur; puta concul
cationis crucis: abnegationis fidei, adorationis demonis, pro
feſſionis qua ſe eius ſeruitiis etiam cum innocentium damno ani
me & corporis adiiciunt: necnon homagio quo ſe ei eternaliter
quantum ad corpus & animam tradunt: inſuper additis fornica
tionibus adulteriis maxime cum incubis: damnificationibus iu
mentorum & terrenaſcentium: homicidiis maxime infantium nō
baptizatorum & eorum uorationibus: quibus ſceleribus peccatū
abuſus ſacramentorum adiiciunt, ut predicta medio corpore
christi criſmate & aliis ſacris efficiant. Hoc enim earum con
feſſio & experientia docuerit, q̄ in oī maleficii genere eas demō
edoceat, ut malicie ſue inſtrā ſacramēta aut ſacramētalia pro uiri
bus ſumant: ſeu quecunq̄ diuina aut deo ſacrata: ceu poſita ima
gine cerea ſub palla ſacri altaris, uel filum per criſma ſacrum tra
hendo uel eiuſmodi. Quod equidem poſſimus demon multi
plici ex cauſa cupit, & curat. Et in primis quidem ut homines
per eiuſmodi non ſolum perfidi fiant uerumetiam ſacrilegi: di
uina q̄tū ad ſe attinet contaminantes: conſequenter autem deum
plus offendant & irritent plures in peccata ſecum trahentes. De
inde uero ut deus pius ſic irritatus magis ſeuiendi in hoīes demo
nis licentiam relaxet: ſicut & greg. aſtruit deum aliqua homini
bus quibuſdam concedere, iratus que aliis propicius denegat,

Demũ ut ſub ſpecie boni apparẽtis: dum ſacris utit̃, plures & faci
lius inuoluat ſimplices. Henr. inſt. & ſo. ex experiẽtia dũ in oppido
quodã cuius nomen tacere maluerũt inqrerẽt ſic referunt. Maleſi-
ca tandẽ incinerata dũ cõmunionẽ ageret ſumpto xp̃i corpore il-
ludq; peplo ad os illato inuoluẽs in ollã in qua buſo & nõnulla
alia maleficiis apta a demone ſic edocta proiecit, & ſub terra in ſta-
bulo ſub foſſa abſcondit: quã diuina pietas ut tã horrendũ ſcelus
plecteretur ſic detexit. Sequenti.n. die mercenarius ibi uocẽ quaſi
eiulãtis infantis audiuit: & tãto clarius q̃to magis loco ſuffoſſe ol
le propinquaſſet: quiueritus infantẽ aliquẽ a muliere ibi ſubtumu
latum p̃ſidenti inſinuauit: q poſita cuſtodia que an mulier aliqua
illo ſe ꝯferret latenter obſeruaret maleficã dep̃hendit: q̃ clanculo
ſub pallio ollã aſportaret: q̃ capta & queſtionibus addicta rei ueri
tatem faſſa eſt. Sed & illud aduertãt plebani: ꝙ ubi ſine dep̃henſio
ne q̃unt ſub lingua & nõ ſupra linguã: dñicum corpus ſuſcipiunt
ſtrigimage: ſiue ut illud facile ex ore recipiãt: ſiue ut abnegationi
fidei impedimentũ nõ p̃ſtet: ſiue ne p̃tã ſua interdũ uelint fateri

❡ Quod aduerſus ſtrigimagarꝝ ueneficia remedia multa preſeruatiua non deſint. Capitulum Nonum.

Quia uero iam quenam ſint ſtrigimagarum facinora planum eſt: reliquũ eſt ut de remediis quoq; aduerſus eiuſmodi diabolicas artes que nobis diuina pietas elargitur aliquid agamus: & in primis quidem de illis quibus aduerſus eiuſmodi morbos ne inferantur tutamur: cuius rei cauſa multa puncta abſoluemus.

❡ Punctum Primum. Et quidem in primis illud noſce debemus ꝙ tria ſint hominũ genera, quibus illud peſſimum ſtrigimagarum genus ſuis maleficiis obeſſe nõ poteſt: qui ſcilicet iuſtitia uel officio publico contra eas inuehuntur: qui ſe remediis eccleſiaſticis tutantur: qui deniq; p ſanctos multiphariam proteguntur: ſed nunc de primis agamus: id ratione & actis probaturi. Et ratione quidem. Nã quẽ deus in opus aliquod mouet ei etiã neceſſaria miniſtrat: alioquin deficeret in neceſſariis. Oẽs autem publicam iuſtitiam exercente ſunt dei miniſtri: in hoc ei ſeruientes, ut apo-

ſtolus ad ro .13 profitet. Exhibet ergo deus his que neceſſaria ſunt cuiuſmodi eſt cõtra diabolum patrocinium. Nec tamẽ cõtra hãc rationem militat: ꝙ preſides interdũ male tractentur: quippe qui id uel ex imprudentia uel ex malo animo aut alio crimine mereãtur: ceterum deus regulariter miniſtrum ſuum iuuat: qa deus & natura apud ariſt. non deficiunt in neceſſariis. Preterea ad idẽ notauere doctores ꝙ modis multis uel penitus uel ex parte poteſtas demonis eneruatur. 1. ꝑ limites diuinitus ĩpoſitos: ſicut in iob. dominus ſathane dedit poteſtatẽ in ſubſtantiã modo non extenderet in pſonã, deide ẽt in pſonã mõ eũ uita nõ priuaret: & apud nider in for. demon inuocatus ut uirum unũ extingueret. ſe non poſſe quicꝗ in pſonã eius ↄdit: ſed in fructuũ partẽ undecimã dumtaxat: ꝙ. ſ. ille eſſet bone fidei: beneqꝫ ſe crucis ſigno muniret: quod & his accidit qui ꝯtra diabolum ſciunt ſepugnare. Secundo autẽ uirtute angeli boni demones arcentis: ſicut de aſmodeo patet qui uiros ſarre uirginis interfecit, qui tamen contra tobiam raphaele angelo tutante non ꝓualuit: quod & inquiſitoribus & iuſtitie miniſtris accidit: qui & cuſtode angelo ut ceteri & rurſus alio cui cõmunioris boni cura ſit munit. Tertio ex ipſa propria diaboli uolũtate: quippe qui interdum ledere non uult ut peiora ſequantur: ueluti excommunicatum ſibi corpore traditũ non uult uexare cũ poſſit: ſicut excommunicãte paulo uexauit corintũ .1. cor. 5. & id ea ratione, ut fidẽ de clauium poteſtate aboleat. Et eodem modo & ſi diuina aut angelica poteſtate non arceatur: tamen quãdo iuſtitia publica ſtrigimagas ſupplicio afficit patrociniũ ſuum maleficis denegat: uel ꝙ timeat ne tandem conuertantur: uel ꝙ earum damnationem expleri celerius cupiat. Actis quoqꝫ & geſtis idem probatur. Nam & idem doctor nider, & experientia docet: & ipſemet fatentur: ꝙ ad tactum iuſtitie publice omnis maleficorum poteſtas euertatur. Nam & petrus iudex: de quo etiam ſupra: cum iuſſu eius ſui miniſtri maleficum detinere uellent: eorum manus tremore, & fetore tanto nares occupate ſunt: ꝙ eum aggredi non audebant: niſi ipſe dixiſſet ſecuri inuadite: quia publica iuſtitia tactus uires omnes ſue nequitie perdet: quod & factum eſt. Vnde eum propter facinora in cineres redegit. Sed & henricus inſti. ac ſocius inquiſitores famoſi, & ſi occulta multa ſe tacuiſſe ſcribant

ꝙ glorie uane notari timuere : ex his tamen que homines latere nequiuerunt multa experti nartarunt. Nam in rauenſpurg. maleſice incinerande a conſulibus interrogate cur dictis inquiſitoribus maleficia non inferrent, reſponderunt hoc ſe pluries & temtaſſe & nequiuiſſe:& interrogate de cauſa, reſponderunt ſe neſcire niſi ꝙ ſic experte & ſic a demone docte eſſent.

¶ Punctum Secũdum. Genus hominum ſcd̃m cui ſtrigimage nequeunt obeſſe : ſunt qui remediis eccleſie catholice ſe tutantur ut per ueram confeſſionem, et inuocationem ſanctorum ; aque benedicte aſperſionẽ; ſalis exorcizati ſumptionem; candelarum & oliuarum benedictarum licitũ uſum. Nam ſi eiuſmodi cõtra demones efficaciam non haberent deciperetur eccleſia : que huius rei gratia predicta uel multa ex eis exorcizat : unde & in ciuitate ſpirenſi authore dicto henrico inſti. quedam mulier deuota rixata cum malefica ueſpere infantem cunis reponens & de malefica timens, herbas benedictas puero ſuppoſuit, aqua ſancta illum cõſperſit, exorcizatum ſalem ori appoſuit, ſigno crucis muniuit. Nocte media cum infantem uagientem audiuiſſet, extenſa manu ad cunam eam quidem mouit ſed infantem minime inuenit. Territa accenſo lumine eum ſub lectica in angulo ſanum inuenit: haud dubium protectum exorciſmis. Inſuper in rauenſpurga diabolus in forma muliebri quendam ad uenerem importune aſſentire nolentem ſollicitabat ; qui ſicut in predicatione didicerat in ingreſſu ſtuphe ſalem exorcizatum ori ſuo admouit, & ſtatim mulier cõuerſa toruo aſpectu, quis inquit diabolus te docuit? & repente diſparuit. Predicta ergo admodum & hominum & locorum ac iumentorum & fructuum preſeruatiua ſunt : ſed & uerba ſacra collo appenſa uel corpori quomodolibet admota : ſi tñ que ſequenti capite dicentur, diligenter obſeruentur.

¶ Punctum Tertium. Qui uero tertio loco a ſtrigimagis immunes ſunt: hi ſunt qui a deo & angelo iterius p gratiam & exterius per cuſtodiam & ſuffragia etiam celeſtium corporum muniunt. Nam licet noſtre menti deus p ſemet gratiam ĩfundat: iuxta illud pſal. gratiam & gloriam dabit dominus : cum tamen deus aliquã notabilem grãm infundere ſtatuit, ſm nonnullos theologos angelus bonus diſpoſitiue operat; quod & dio. 4. ca. de di. no. ptem

dit dicens, ꝙ hec ſit diuinitatis lex immutabiliter ſtabilita ut ima per media pficiantur a ſummis : ita ꝙ quicquid boni a bonitatis fonte in nos emanat , totum illud bonoꝝ angelorum miniſterio poſſidemus. Vñ lꝫ ſola deitas unionē hominis & dei in uirgineo uentre peregerit : tñ angelico miniſterio mens uirginea p ſalutationem & illuminationem & monitionē angelicā prediſpoſita ē. De exteriori uero cuſtodia angelica & diuina pleni ſunt libri : ſingulariter tamen dauid eam expreſſit de homine iuſto dicens. Angelis ſuis deus mandauit de te : ut cuſtodiant te in oībus uiis tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedē tuū. Super aſpidem &c. Ex dictis tamen generibus hoim quidam ſunt qui bñficiantur q̄tum ad oia maleficia & quidā q̄tū ad quedā tm̄: de quibus ꝙ neceſſaria adeo non ſint ſicco pede tranſeundū eſt.

¶ Quod aduerſus ſtrigimagarum ueneficia remedia uana non congruunt. Capitulum Decimum.

QVia ergo de remediis preſeruatiuis actum eſt : de curatiuis quoqꝫ ſed uanis multis punctis agaꝉ oportet. ¶ Punctum Primum. Ante omnia illam queſtionem enodemus oportet : an maleficia maleficiis elidere liceat chriſtiano : & quidem primo ut alias eā abſoluimus : ut abſoluunt nonnulli : pro quo multa dicam.

¶ Primū. Quēadmodum in ſilueſtrina alias ſcripſimus, tribus tm̄ modis maleficiū auferri pōt : primo autore deo p ſe uel angelum aut hoiem : ut cōfeſſum negat homo nullus : ſcđo uirtute naturali angeli mali q̄ maleficiū intulit : uel alterius modo nature ordine ſupior ſit authore maleficii angelo itidē malo : quia .n. inter angelos etiā maloꝝ ordo ē : cū ſpē differant : ut probatū eſt : ideo ſupior in īferiorē imperiū & habet & pro uoto exequiꝉ : alligādo aut ēt alligatū ſoluendo, & de obſeſſo corpe pellēdo : aut ēt eius effectus maleficia. ſ. abolendo : quod iudei pfidi non ignorantes de chriſto dño blaſphemādo dicebāt ꝙ in demonioꝝ oīum pricipe ac pīn de ſupiore belzebub eiiceret demonia. tertio nāli uirtute āgeli boni, ſi angelo authore maleficii nature ordine itidē ſuperior ſit : nō enim eſt de eo ratio minor, & de angelo malo itidem ſuperiore;

¶ tñ oĩa intellige niſi ad maleficiũ iungetur malus angelus p malẽ nature ordine altiorẽ;q cõtra maleficiũ naturaliter pugnat. Nõ.n. aliter maleficia deſtrui pñt:cũ effectus inferioris nõ niſi uel ab eo uel a ſuperiori deſtrui poſſit:& ꝑterea ſi hoc eſſe poſſet nullo alio mõ eẽ poſſet:niſi ab hoĩe ad ſanandũ actiuis nälibus admotis:qđ ĩnuito demone maleficii autore eſſe nequit:qppe cui iſta actiua in motu locali obediũt ad nutũ. Scđm. Vt ſupra li.1.liqt maleficium a quo & malefici dicti ſunt:ſumi cõſueuit & pro nocumẽto illato per demonem inſtante malefica :& pro ſigno federis demonem inter ac maleficum : ut imago ad cuius torturam maleficiatus quoq; torquetur:& cedula uel quicquid ẽ ſub limine uel aliter aut defoſſum,aut quolibet modo deliteſcẽs. Tertiũ. Apud diuũ tho.12. q.92.ſupſtitio uitiũ religioni oppoſitũ eſt:& hoc p exceſſum & nõ p defectũ:inqtũ utiq; diuinũ cultũ exibet aut cui nõ debet, aut nõ eo mõ quo debet. Huius uitii due ſunt ſubalterne ſpẽs.i. ſpecies alias ſub ſe ordine quodã habẽtes:quaꝝ prima in eo cõſiſtit qđ eſt exhibere cultũ deo uero,mõ tñ indebito:puta ſm ritũ pfidie iudai ce:ſcđa uero in exhibere diuinũ cultũ ei cui nõ debet:ſicut ſpurciſ ſimo machomet, ut agarreni:uel incubo demoni,ut ſtrigimage. Hec uero ſpẽs ĩ tres alias ſubdiuidit :haꝝ prima idolatria ẽ:ſcđa ẽ diuinatiua:q & ipſa in multas ſpecies ſubdiuidit:de quibus nõ eſt nři ĩſtituti mõ loqui:tertia ac pinde ultima obſeruãtia eſt: ad quã ars notoria ptinet:& obſeruationes uniuerſe ad corpoꝝ ĩmutatio nes ordinate,puta ſanitatẽ aut egritudinẽ:i.oẽs incãtationes & li gature. Quartũ. Gñaliter oẽs diuinatores & incãtatores apud iura dicunt malefici:ut.26.q.5.nec miꝝ. Quintũ. His ꝑmiſſis ad qſtio nem dico maleficiũ rite & licite deſtrui oronibus itẽ & adiuratio nibus eccleſiaſticis & catholicis:ut ꝯfeſſum ẽ:põt quoq; quiſq; ẽt autor eius maleficiũ.i.ſignũ federis ſciẽs deſtruere ſi põt.i.ſi cõtra diabolũ ualeat:hoc.n.nõ eſt inniti diaboli ſuffragio ſed ſua ui ad ꝓximũ ſubleuandũ:ſicut ſi maleficialẽ ollã ſuffoſſam inuenio & ignibus arſurã trado:nulli tñ licet hoc ſignũ aut maleficiũ ipm p aliud maleficiũ.i.ritũ maleficialẽ aut incãtationẽ quãcũq; cõterere hoc.n.eſſet eẽ maleficũ & cũ diablo expſſe uel tacite paciſci :ſimi liter nulli licet aliũ iducere ad maleficiũ p maleficiũ ſoluendũ :qa idẽ eẽt acſi induceret ad pctm: nec ſimiliter licet uti parato ſolue re p maleficiũ.

ſe p maleficiũ.i.maleficialẽ ritũ:q ad id ſuaſionẽ nõ egeť: ut pate bit:& multominus p maleficiũ.i.dãnum illatũ alteri uirtute dia bolica p magũ aut ſtrigimagũ. ¶ Sextũ. In hoc tñ ultimo qđ ſta tim dictũ eſt de parato ad eiuſmodi:ſunt inter ſummiſtas opinio nes. Nã ſũma roſelle & ſupplementũ doctrinã diui tho. obſeruã tes petri de pal. alber. mag. & q̃plurium dicunt hoc aliquo pacto nõ licere:ſumma uero ãgelica eiuſdẽ ordinis ſibi ſuo more fidẽs & audẽs hoc licitũ aſtruxit:id ꝓbare ĩnixa auctoritate petri aureoli & rõe, qppe qui ad nr̃m bonũ alieno malo uti poſſumus:& exem plo, quia apud aug. licitũ eſt uti iuramento infidelis in noĩe dei ſui iurãtis:& adiici põt de parato fenerari, a quo quis licite mutuũ ca pit. ¶ Septimũ. Sed iſta opinio nephãda eſt, & infinitaꝝ culparũ occaſio maxĩe cõducens dilatationi diabolici regni:quod ſic elu ceat. Nã legi nãli aduerſať:q̃ reuerentiã fidẽ ac obſeruantiã ad ſuũ dñm exquirit:nõ.n.ſuo dño fidelis eſt q ab inimico ei⁹ & qui cũ eo de regno certet, auxiliũ aut accipit aut petit, ẽt auxiliari parato pacto intercedẽte quo ſe eius ſeruituti adiiciat:hoc.n.eſt cũ eo ami citiã cõponere:cũ naturale ſit bñfactorẽ & diligere & amare:dia bolus uero inimicus dei eſt:& talis qui ſibi dñium mũdi ambiat, & ꝓ uiribus nanciſcať:& ut deus cupiẽs adorari ẽt ab ipſo xp̃o đo math.6.& niſi ſuſcepta profeſſione imo interdũ & homagio hoĩ nõ ſuffragať:niſi ideo ſuffrageť ut ad homagiũ pelliciat: ut cerne re liquet ex dictis. Eſt ẽt cõtra legẽ dei :nã magi maleficiq; ſunt idẽ:ut ex dictis liq̃t, & nihilominus dr̃ leui.20.aĩa q̃ declinauerit ad magos & ariolos :ponã faciẽ meã cõtra illã: & interficiã illã. Si ad hos nõ licet acceſſus pro ꝯſilio uidelicet excipiẽdo, eoꝝ ſuf fragiis uti ĝquo mõ licebit? Eſt quoq; cõtraria iuri põtificio: quod nedũ prohibet ſuadere alicui ut eiuſmodi faciat uerũetiã & ad do mum taliũ accedere :nec aliquo pacto mihi dubiũ eſt quin aug. ta lem determinatorẽ a fide apoſtatã appellaret:qui.26.q.7.in ca. nõ obſeruetis.enumeratis multis diuinationũ ſpẽbus & incãtationi bus ac alligaturis concludit. Qui has.ſ.obſeruantias & quaſcunq; diuinationes obſeruat aut attẽdit aut conſentit obſeruantibus & qui talibus credũt ad domũ eoꝝ euntes aut ſuis domibus introdu cunt & interrogant:ſciant ſe fidẽ xp̃ianam & baptiſmũ ꝑuaricaſſe: & tanq̃ paganũ & apoſtatã.i.retro abeuntẽ & dei inimicũ irã dei

grauiter in eternũ incurriſſe. Hec ibi. Ex quibus nota nõ ſolũ ſuaſionem maleficii ꝓhiberi uerũetiã ↄſenſum. Eſt ẽt ↄtra iura ciuilia q̃ iſtos ↄſuli uetarũt: vñ iſtemet ſummiſta in uerbo mathematicus dicit ꝙ diuini ad alimẽ alteri⁹ accedere nõ debẽt: alioquin cremantur: nec eos aliquis ſuſcipere ſeu ↄſulere, alias deportantur: & eoꝝ bona ↄfiſcanť: & diuinator gladio ultore feritur. C. de male. & mathe. l. nullus. l. nemo. l. culpa. Ecce ergo ꝙ q̃tuncũq; ſint parati non licet eos adire uel ↄſulere & longe minus eoꝝ ſuffragiis niti. Eſt ẽt hec opinio occaſio criminũ pluriũ & ſine numero: aperit. n. uiã oĩbus incantationibus: cũ utiq; multi ſint cũ uiri tũ femine preſto eiuſmodi exercere: & maleficia ꝑ maleficia ſoluere: & ↄñt multi ad eiuſmodi hoĩes currerent: in qua re diabolicũ regnũ ↄſiſtit: cũ adire eiuſmodi hoĩes ſit a diabolo cuius ope nituntᷣ ſanitatis auxilium expetere. ¶ Octauũ. Ad auctoritatẽ uero quã iſte citat: dico doctorẽ illũ petrũ aureoli nullius eẽ auctoritatis, quippe q multas falſas opiniones fundauit: utpote cuius ſtudiũ fuit oĩum ſententias euertere: in quo multum qdem ualet: ĩ determinando ãt nihil. Ad rõnem dico licere ad nr̃m bonum alieno malo uti, qñ ipſe nr̃ uſus uel actus quo utimur nihil eſt de ſe illicitum aut malũ: ueluti deus oĩbus peccatis ad ſui gloriã utiť, permittendo & bona inde eliciendo: qa ea ꝑmittere aut inde bonũ; elicere, non eſt in ſe malum: ſecus aũt ſi ipſe noſter uſus in ſe ſit illicitus: ſicut non licet mihi uti parato ad iniuſte interimẽdum inimicũ meum, quod cedit in bonũ meum: quia ipſe meus uſus eſſet in ſe illicitus: quippe qui ſit cõſenſus in occiſionẽ hoĩs iniuſtam. Vnde diuus tho. ma. q. 13. ar. 4. aliud eſt inquit conſentire alicui in malicia: aliud alicuius malicia uti ad bonum: ille enim alicui in malicia conſentit cui placet ut malitiam ille exerceat: & ad hoc forte eum inducit: quod ſemper peccatum eſt: utitur autem alterius malitia qui illud malum quod alius facit intorquet ad bonum. Hec tho. Et ita eſt in propoſito ſcilicet ꝙ talis uſus de ſe eſt illicitus & conſenſus in maliciam: tum quia hic uſus eſt cum acceſſu ad tales: quem nedum ius diuinum uerum & canonicum & ciuile uetarunt: tum quia eſt cum directo cõſenſu in aliquid quod ſine peccato eſſe nequit: ut ſcilict quis utatur auxilio diaboli pacto expreſſo uel tacito: in quo ſemper eſt apoſtaſia perfidie, ut patuit: & conſequenter

eſt conſenſus in crimē horrendum. Ad exemplum autem dico non ſimile ſed longe diſſimile eſſe:nā in eiuſmodi iuramento cōſenſus nō eſt in id ꝙ per falſum deum iuretur:ſed in id ꝙ talis dictum ſuū iuramento firmet:unde cōſenſus eſt in aliquid quod ſine culpa ē ac fieri pōt.i.i. iuramentū:licet iurās ex ſua malitia hoc faciat cum peccato iurans per mahumetū.Et ſi dixeris ꝙ pari mō hic conſentitur in hoc ꝙ maleficiū deſtruatur non in hoc ꝙ illicite deſtruatur:hoc nihil eſt:quia maleficus illud non niſi per maleficium deſtruere pōt:ille autē iurare ſine peccato.i.per uerū deum potuit.Et ſimile eſt ꝙ accipiens mutuū ſub uſuris non peccat:quia conſentit in mutuū non autem in uſurā: quia uſurarius mutuum ſine uſura dare utiqꝫ poteſt:quod ſi nō poſſet illicite ab eo peteret: quia eſſet cōſentire in pctm̄. Et ita liquet rationē diſſimilitudis in hoc ſtare: ꝙ i maleficio directe conſentitur in pctm̄,non aūt in eo iuramento:quod ex uerbis aug.ad pupbl.liquet:dicentis ꝙ qui fide utitur per falſos deos iurantis ad bonū:non peccato illius ſe ſociat qui per demonia iurauit:ſed pacto eius bono,quo fidē ſeruauit:& ſimiliter ex uerbis diui tho.qui.22.q.78.ar.4.dicit:ꝙ accipiēs mutuū ſub uſuris,in crimē uſurarū minime cōſentit:ſed eo utitur nec placet ei uſurarum acceptio:ſed mutuatio que bona eſt:unde iſtius ſummiſte opinionem in.4.di.34.ar.3.ad tertium damnat:& idem alber.magnus,& per.de pal. ¶ Nonum. Utrum uero in curandis maleficiis tollerabile ſit uanis uana retundere: quod quidam aſtruxere:precipueqꝫ hoſti. de frigi. & mal.in capit.litere. §. mulier. dico illicitum eſſe ſecundum iura allegata credere maleficis:quod non ea ratione dici putandum eſt, quaſi peccatum ſit credere ꝙ per maleficos fiant uere ſanitates aut etiā egritudines: in hoc.n. dubium eſſe nequit propter infinita experta:ſed potius ea ratione ꝙ peccatum ſit credere ꝙ effectus quos cernimus morborum ſanitatum iacturarum ſint uirtute dei aut uerborum malefici aut operationū eius aut admotione rerum que ad id apud medicorum diſciplinā operentur nihil:ſunt.n.hi effectus a malo ſpiritu ex pacto cum malefico:ut eo eiuſmodi proſequente demon miranda que cernuntur operetur:ut libro primo oſtenſum eſt. Et hec eſt henri. de gan.mens:& patet.26.queſtione.5.nec mirum:ſi item capituli iungendo principio: & ibidem.q. ſecunda. illud.

Ad q̃ſtionẽ uero dico illud dictũ hr̃e poſſe ueritatẽ:primo qñ iſta uana.i. indifferentia de ſe nec bona uec mala ea ratione faceret; quaſi credens aut experiri uolẽs an p talia ſoluat maleficiũ:nõ diabolo operãte, ſed ab opatione ceſſante:utpote qui illud cũ malefico pactũ hr̃et ſiquid tale fieret:talia .n. aliqñ diabolus detegit: quãt aũt ueniunt in notitiã hoĩm:uel etiã ex ipſa experientia: ſicut crebro expertũ eſt demonẽ ſiluanũ ab inquietãdo, podicis pgrã di crepitu deſiuiſſe .ſcd'o qñ ea mente qs talia facit, quaſi neſciẽs ea illicita aut pctã fore:tunc.n.illud factũ tollerari põt:nõ quaſi oĩno culpa uacet:ſed qa nõ eſt culpa mortalis:& forte iſta erat mẽs oſtienſis. Eſt ãt illud dictũ falſum ſiquis eiuſmodi indifferentia ſupſtitioſe operet,credẽs.ſ. talibus eo mõ quo & aliis incãtationibus:oĩa.n. remedia de ſe ad tales effectus uana & naturaliter nõ cõducentia,illicita & pernicioſa ſunt .26.q.2.illud:& longe magis illud dictũ falſum eſt,ſiquis eiuſmodi uana utiq̃ uana crediderit; ad talium tñ exercitiũ diabolum operari putat ad maleficia diſſoluenda; immo erit culpa mortalis: quia nõ refert qua re demon aduocetur modo aduocetur:quia in aduocãdo culpa eſt:non ex re qua inuocatur ſi de ſe iniqua non ſit.

¶ Punctum ſcd̃m.Cũ ad dictam queſtionẽ ex mẽte ꝓpria reſpõſum ſit:libet quoq̃ eam ex alioꝝ opinionibus tractare:pro qua re multa dicent. ¶ Primũ.Due in q̃ſtione hac ſunt ſollẽnes opiniones:quibuſdam cũ canoniſtis tũ ẽt theologis ſentientibus, ꝙ etiã per opera ſuperſtitioſa & uana licite maleficia deſtruant:qd' apud quoſdam ſco.godo.hoſti.& pene regulariter quiſq̃ canoniſta uerum putarit:uerũ hec opinio male ſcoto aſcribitur:qui non ſenſit ꝙ liceat ſanare maleficiatũ per maleficium:ſed ꝙ liceat deſtruere maleficiũ.i.ſignũ federis:de quo ſupra. Vñ in.4.di.34. ſic egregie loquitur. Si per orõnes ſanctoꝝ uirtus demonis impediat bene fit:ſi tñ deus illas non exaudiat,tunc ſi maleficiũ ſciret & deſtrueretur demon non fatigaret maleficiatũ amplius:quia ex pacto nõ adeſt niſi dum durat aliquod ſignum. Et ex hoc patet ꝙ truſatica eſt illa q̃ſtio an liceat tollere maleficiũ itentione curãdi maleficiatum:nõ.n.ſolũ licet,ſed eſt meritoriũ deſtruere opera diaboli: nec eſt in hoc iſidelitas aliqua:quia deſtruens nõ acquieſcit operibus malignis:ſed credit demonẽ poſſe & uelle fatigare, dũ tale ſignũ

durat:& deſtructio talis ſigni īponit finē tali uexationi. Hec ſco.
ualde bñ. Cui addo ꝙ ipſamet malefica rogari põt ut illd deſtruat
qa id facere ſine demonis auxilio ꝑ ſua uolũtate põt. Hoſti. ãt in
ſum. de frigi.& mal.& tit. de impo. coeũ. ſup ca. lr̃e. §. mulierem
dicit ꝙ in hoc defectu recurrẽdũ eſt ad remedia medicoꝝ: & licet
q̄dã remedia ꝯtra hec ſcripta uana ſeu ſupſtitioſa uideanť: tñ cuili
bet authori in ſua arte credendũ ē: ſed & ſatis tolerare põt eccleſia
retũdere uana uanis. Hec ex illo: q ēt bñ loquiť ad ſenſum puncto
priori datũ: q̄uis aliud dicere uideať nihil q̄ ꝙ remediis ꝑ medi-
cos admotis (q̄q̄ nihil in eis uirtutis ītelligamus) acquieſcendũ ſit
q̄ſi q̄ ſint peritoꝝ: qđ uerũ eſt niſi de ꝯtrario eēt uel ſcia uel ſuſpi-
cio: puta qa crediť nigromãticus. Sed & illud uerbũ tolerare põde
randũ eſt: qđ lõge aliud ē q̄ efficere. Hubertinus quoqȝ ī ſuo. 4. di.
34. dicit ꝙ maleficia aut ꝑ ſctõꝝ ꝑces aut ꝑ artē qua facta ſunt tol
li pñt: quod ēt bñ dr̃ ſi ꝟmo ſit de poſſe facti & nõ iuris niſi iuxta
ꝑdicta. Et breuiter oēs opiniones gloſari pñt & ad uerũ ſenſum de
duci: nec vr̃ unq̄ aliquis catholicus ſcripſiſſe ꝙ liceat demonis au-
xilio uti pacto tacito uel expreſſo: & ſiqua poſſint tolerari: cũ etiã
lupanaria tolerenť. Vñ alia opinio ſi tñ ē alia diui tho. bona. alber.
mag. petri de pal. & alioꝝ q̄pluriũ eſt: ꝙ nullo mõ faciẽda ſint ma
la ut ueniãt bona: & ꝙ magis debet hõ eo caſu mori q̄ ſupſtitioſo
aut uano remedio ope demonis liberari: q̄ proculdubio uera eſt:
ut probatũ eſt. Diſtinguũt ergo quidã. Nam maleficiũ aut ꝑ aliud
maleficiũ. i. iniuſtũ dãnum a diabolo illatũ inſtante malefico, aut
ſine maleficio, ſed tñ ꝑ maleficũ ſeu maleficiales ritus tolli põt: &
hoc dupliciter ſcȝ ꝑ ritus maleficiales uanos & illicitos: aut uanos
tm̃. ¶ Primũ illicitũ eſt penitus ex parte authoris & ex parte ipſius
remedii. Scđm ēt. ſ. ſine maleficio quidē ſed tñ ꝑ maleficiales rit⁹
ſiue ꝑ maleficũ ſiue alias ꝑ honeſtã ꝑſonam: ēt illicitũ dicunt. Ter
tiũ eſt tolerabile. Dicunt ergo iſti ꝙ multipliciter maleficiũ ſoluiť
Primo ꝑ maleficũ & maleficium aliud. Exẽplum. Tẽpore nicolai
5. quidã ex germania eps̄ cuius nomen charitatiue ſubticeť romã
uenit pontifici ꝑdilectus: q cũ amore detentus iuuenculã ad dioce
ſim miſiſſet cũ duobus famulis & nonnullis ꝑcioſis: illa ut furto
eiuſmodi ſubriperet, in mortem epiſcopi cum malefica eſſet ma-
chinata eſt: ut ea irer carpente antiſtes occumberet. Igitur nocte

ſequente epiſcopo ineſtimabili pectoris calore pene periclitante cum de ueneno ſuſpicaretur ſine ſpe uite, die tertia adeſt altera maleſica dicens eũ maleficio laborare nec aliter q̃ ad eam que cum infecerat delato morbo ſanari poſſe. Cui ep̃s aſſenſit: & media nocte ſanum ſe penitus ſentiens p̱ itemuncium ꝙ ea hora puella periclitari cepiſſet agnouit: Cũ ergo gratia impie pietatis ep̃s eã uiſitare tentaſſet: horribilibus maledictionibus exceptus eſt: a dicẽte: maledicaris in eternũ cum tua q̃ te docuit. Cũq; eam ep̃s emolliſ re tẽtaret: & ut oẽ; offenſam remitteret hortaret̃: illa uultu auerſo clamabat: exeas maledicte, hic nulla ſpes uenie: animã meam demonibus cunctis recõmendo: & ſic ut merita erat expirauit. Simile aliquid nider in formi. narrat. Leſus inquit maleficam adiit petens de malefico uindicari: malefica facta ope demonis imagine ex plumbo in aquã fuſo: ubi uis inquit ledi eum qui te leſit: at ille in humero inquit exẽpli gr̃a: qua ibi cõfigente acũ aut gladiũ ꝙ ſimilibus locis ille torqueretur inuentũ eſt. Et eiuſmodi remedia illicita fore non eſt dubiũ. Secũdo diſſoluuntur maleficia per maleficos abſq; nocumento perſone, inito tñ cum demone pacto expreſſo uel tacito: ſic. n. multe ſunt malefice ſanantes & non ledẽtes, & infirmitatũ cauſas indicantes: quod demon cupit ut uel ſic etiam hoĩes ĩ crimina pellat. Hac. n. ratione quedã malefica ĩ quodam oppido germanie richoffen: adeo crebro pro rehabenda ſanitate ab infectis maleficio uiſebat̃: ꝙ princeps inde pedagiũ ſibi redimere uoluit: quolibet uiſitantiũ pro ſe cerũ quid exoluente: ỹñ & plurimũ ſe lucratum gloriatus eſt. Et in dioceſi cõſtantienſi & alibi eiuſmodi ꝯparuere. Tertio ſoluunt̃ non quidẽ p apte maleficos ſed tñ ſuperſtitioſis cerimoniis: ueluti quidã maleficiat⁹ pedem: liberatus eſt per quendã dei adiutorio, ut dicebat qui primo ex fuſione plũbi in aquã nouit morbũ illũ ex maleficio eſſe: & interrogatus de modo ſciendi dicit: ꝙ ſeptẽ cum ſint gñа metallorum & ſaturnus ſup plũbum dominetur: propriũ eius dixit eſſe ut maleficiũ plumbo detegat: deniq; ſanauit infirmũ aliquotiens uiſitando, i. tot diebus quot ſub infirmitate detentus erat: inſpiciẽdo pedem & tangendo & aliqua uerba ſubmiſſe proferendo. Hic tñ uidet̃ interueniſſe pactũ implicitũ nõ tñ explicitum cũ demõe ỹñ ẽt eiuſmodi nõ licent. Quarto uero ſoluunt̃ uanis nullo pacto

etiā tacito cū demone ſaltē ex intētione practicantis :ſicut alicubi ruſtice ubi uaccas lacte ſiccas uiderint ad maleficam deprehēdendam:impoſito uiri ſaraballo aut alio immundo uaſe eā de domo baculis trudunt:q̄ recto calle domū malefice petens magno mugitu oſtium cornibus impetit. Eiuſmodi ſunt que canoniſte dicunt tollerāda. Multa eiuſmodi practicant̄ leuia. Ego tñ oia iſta dico ſupſtitioſa & tollerabilia quidē nō tñ facienda:iuxta ſupradicta.

¶ Quenā aduerſus ſtrigimagas uera remedia cōgruāt. Ca. XI.

IAm uero huic ſcđo uolumini manū ultimā allaturi:de ueris maleficiorū remediis agendū ē:pūctis q̄ plurimis.

¶ Punctū primū. Sunt quidā demones incubi ac ſuccubi:non mō ſtrigimarū genus agitantes: uerum q̄ cū mulieres tū ēt interdū uiros i uenerē etiam inuitos ſollicitēt ſiue interueniēte malefico ſiue ēt nō:maxie uero mulieres :ꝙ minorē hēant uigorē rōis:& eis facilius ſit in uenere inferre uiolentiā. Nā hēri.inſt.& ſo.in hāc ſniam referūt. In ciuitate cōfluentie pauper eſt ſic maleficiatus:ut ēt pñte & eiulante uxore/ſe ad inſtar coeūtis cū muliere agitet,nullo apparēte ſuccubo,tm̄modo auditis uocibus eius:quibus duob⁹ uel tribus actibus expletis dicit:uolumus incipere denouo:vñ tandē uiribus remanet deſtitutus. Extra caſuꝫ iſtū ſepoſitus & de his interrogatus dicit ſe nihil uidere ſibi ſuccūbens:ſe tñ ita demētari ut abſtinere oīno nō poſſit. Dicit āt ſe ī hoc ſuſpectā hr̄e maleficā q̄ illi ꝯminata ſit. Tho. ēt brabātinus in lib. de apib⁹: i hec refert uerba. Quādā ſub religioſo hītu uirginē cū lachrimis ꝯfitendo audiui a demōe icubo primo uolentē ſubagitatā. q̄ tñ inde dolēs quotidie lachrimabiliter ꝯfitebat̄:nec īgenio arte uel ſtudio ab eo liberari:ſed nec ſigno crucis uel aq̄ bn̄dicte aſpſione munita:nec ſacro copis xp̄i. Credit̄ tñ ꝙ ille cōcubit⁹ poſteaq̄ dolēs ꝯfitebat̄:ei fuerit potius pena q̄ culpa. Hec eadē cū apud chriſtinā uirginē deo & deuotā & dicatā monachali habitu in ualle duciſſe brabantie lamentaretur ꝙ nō auderet ſequenti die penthecoſtes cōmunicare propter demonis uexationē importunam cōpatiēs ei chriſtina:uade inquit ſecura & cōicatura in craſtinū:i me tuā penā excipio. Abiit,quieuit,cōicauit:uerū chriſtina penas luit. Nam diu noctu exercitata & territa:tandem intellexit

demonis pñtiã de qua iã nõ cogitabat:vñ poſtea q̄ pluries e lecto diſſiluerat,tandẽ eo ex toto poſtergato noctẽ inſomnẽ ducebat: & orare uolens demonis cruciabat inſultibus. Facto uero mane: renũcio uobis ait penã vr̃am. Tãdẽ or̃onib⁹ & ieiuniis pie curata ẽ. Aduerſus ergo eiuſmodi incubos ẽt maleficio intercedẽte uexantes eiuſmodi remedia ſunt.primo p cõfeſſionẽ ſacramentalẽ.2. p iugẽ & ſctãm aliquam exercitationẽ,orando, flectẽdo genua, imprimendo crucẽ,ſalutando uirginẽ,cõicando crebro & eiuſmodi.3.p eccleſiaſticos exorciſmos.4.p cautã demonũ excõicationẽ Et de p̃dictis oĩbus modis exẽpla legunt̃ p ceſariũ in dia.nec abiicienda ſunt prima propterea q̗ dicte moniali non profuerint: quod.n.uni eſt remediũ nõ ſtatim ideo erit alteri:nec qđ non eſt nõ erit: unde oĩa ſunt probanda,exercendũ uero crebrius quod melius eſt.De excõicatione tñ lõga diſputatio deduci poſſet:experientia tñ docet q̗ eam timeant demones:& p eam diuus bernar. mulierẽ ab incubo liberaſſe dr̃.nec hoc ideo eſt quia demones cõicent,& ꝯñr excõicabiles ſint:ſed qa deus uult claues eẽ in reuerẽtia.Vñ & alicubi locuſte excõicate itereunt.& demones id in magnum deſpectũ accipiunt, cũ hoc ſit ultimũ eccleſie flagellũ:unde ſi uexare propter podicis crepitũ deſinit nil miꝝ ſi ẽt propter excõicationem deſiſtat.Puto tñ q̗ remedioꝝ oĩum optimum foret ſiquis illud matrimonium cũ celeſti ſapientia celebraret de quo ĩ horologio ſapiẽtie legit̃:quod obiter in his conſiſtit. Cõtractis in deuotionẽ oĩbus ſpiritibus, rogetur ſapientia illa ut in ſponſam ſibi aſſiſtere uelit,& loco anuli & conſenſus ſenſibile aliquod ſignum faciat,puta proſtrationẽ: & ſimiliter loco anuli & ſigni cõſenſus aliquã pro aĩe ſalute gr̃am petat.Et poſt hec refrigerata deuotione denuo cõtrahat:& q̄to crebrius tanto melius.

¶ Punctũ ſecũdum.Pro maleficio circa uim generatiuã antidota remedia. Nam.33.q.8.in capitulo ſup ſortiarias. iſta remedia ponuñtur:ubi dicitur. Si per ſortiarias atq̧ maleficas artes nonnunq̄ occulto dei iudicio permittente & diabolo preparãte concubitus non ſequit̃:hortandi ſunt qbus iſta eueniunt:ut corde cõtrito & ſpũ humiliato deo & ſacerdoti de oĩbus ſuis pc̃tis puram ꝯfeſſionẽ faciant:& profuſis lachrimis & largioribus elemoſinis & or̃onibus atq̧ ieiuniis dño ſatiſfaciant. Hec ibi: ubi et innuit̃

quod

qđ ſuperius dictũ ẽ probabile eẽ ꝙ exiſtẽtibus in matrimonio, nõ eueniát eiuſmodi niſi aut alter aut uterqꝫ ſit in culpa mortali. Obiter ergo his hec remedia cõgruunt. Peregrinatio ad ſancta & ibi deuota ꝯfeſſio: ſigni crucis & orationis cõtinuatio, maleficii cõbuſtio uel deſtructio: & exorcizatio: de qua infra.

¶ Punctũ tertiũ. Contra maleficiũ amoris uel odii inordinati remedia. Ex capite multiplici inordinatus & laſciuus amor oboriri ſolet: & in primis ex incauta circunſpectiõe oculoꝝ iacobi. I. unuſquiſqꝫ tentaſ a ꝯcupiſcẽtia ſua: vñ & hac rõe ſichen dinã filiã iacob adamauit: geñ. 34 deinde uero ex hoſtis tentamẽtis: ueluti pꝫ de amone qui ſororẽ ſuã thamar ita adamauit ut deperiret in eá. 2. reg. 14. neqꝫ. n. in facin⁹ adeo horrendũ & indecoꝝ ſine zabuli inſufflatiõe deſcẽdiſſet: poſtremo uero ex arte malefica: ut ſupra prolixe deductum eſt. Vbi uero quanam ex cauſa hic iuuenilis ardor oboriaſ ignotũ ẽ, an ex maleficio ſit ex ꝯiectatis accipiẽdũ ẽ: ſi uidelicet quis adeo inflãmaſ, ut uerbis, plagis, cõfuſione nulla diuerti queat: ſi pulchra uxore poſtergata ſordidá inſequiſ: ſi tpe noctumo quieſcere nequit: ſed adeo dementaſ ut ꝑ deuia queqꝫ incedere ad dilectã cogaſ. Et quidẽ eiuſmodi amori qñ ex maleficio minime ẽ & tñ adeo infeſtat, ut ẽt ualitudinẽ ĩducat: aui. li. 3. ſeptenario numero remedia docuit, ut. ſ. ſi lex ſuſtinet matrimonio copulaſiat aut admoueanſ medicinalia, de qb⁹ ibi: aut licite eger aius ad aliũ diligendũ uerta: & pñtiã dilecti fugiat: aut ſi corrigibilis ẽ eger tribuleſ hortetur, oſtẽſa amoris miſeria: aut ſubmittanſ qui qđ cũ deo ualent corpus dilecti uituperent: uel in rebus arduis & diſtractiuis occupetur. Sed quia eiuſmodi inſtituto nr̃o minime aut parũ ꝯducunt miſſa ſint. Si uero ex maleficio quis eiuſmodi amoris morbo laboret: iã q̃ proxime puncto. 2. remedia data ſunt ẽt hic ꝯgruũt: ꝑcipueqꝫ licita exorcizatio: quã ſibi maleficiat⁹ admouere põt: tum legẽdo tum etiam portando ad collum ut infra: & angeli cuſtodis crebra inuocatio.

¶ Punctum quartũ. Contra preſtigioſam mẽbri uirilis ablationem aut in beſtiaꝝ formas uerſionẽ remedia. Nã cũ tales ut ſupra dictũ eſt ſint diuina gratia deſtituti (ut ꝓbabile eſt: & de nabuchodonoſor pater) que deſtitutio eiuſmodi maleficii fundamentũ eſt nec uulnus curã recipiat ĩ manẽte ferro: ideo ꝯtra eiuſmodi preter

ꝑriota remediũ primũ uera ꝯfeſſio eſt,q̃ deo aīa ꝯciliet:deinde ue
ro q̄a eiuſmodi mẽbra non uere ſed ꝑſtigioſe ſubtrahunt,ſcd̃m
remediũ & propriũ eſt,bonis uerbis maleficã ad id ducere ut ma-
leficiũ ſoluat:qđ nõ eſt uti auxilio demonis ſed malefice:nõ inq̃tũ
malefica ſed inq̃tũ põt ſua uirtute ſignũ diabolici federis abolere
aut aliqua nãlia actiua docta p demonẽ ad id efficatia admouere.
Quantũ uero attinet ad tranſformationes:q̃tũ ad ipſas quidẽ ſt̃ i
gimagas in regnis occidẽtis uſitatũ eſt,ut ſub aliena ſpẽ maleficia
plerũq; adeant:puta lupi,catti & eiuſmodi:vñ & crebro leguntur
uulnerate ab his qui ſe cattũ uulneraſſe putabãt:& ita factũ in dio
ceſi argentinẽſi in oppido cuius nomẽ ſubriceť,henri.inſti.aſtru-
xit:ꝙ uero alias pſonas tranſformẽt uſitatius in orientalibus eue-
nit:vñ ex militaribus fratrib⁹ ſcti io.hieroſolimitani rodũ incolẽ
tibus factũ mirũ pulchrũ & uerũ.idẽ inquiſitor cũ ſo.in hanc ſen
tẽtiam ſcribit.Cũ ad portũ ſalamine in cipri regno nauis applicuiſ
ſet:cũctis grã cõmeatuũ exeuntibus:quidã iuuenis robuſtus & for
tis exiens ubi ad domũ cuiuſdã malefice ad littus maris uenit,ue-
nalia ouare reqſiuit:rñſum bonũ & oua ſuſcepit:& adiũxit malefi-
ca:ſi naui intrare nequeris regrediare.Igr apđ nauim dũ reliquos
ꝑſtolať oua comedit:& poſt horulã mutus factus & pene mẽte de
ſtitutus eſt.Cũq; nauis tẽtaret igreſſuʒ cũ naute uerbis & baculis ri
ſu magno quaſi aſinũ abegerũt:& idẽ ẽt ſcđo fecerũt :vñ abeunte
naui coactus eſt nõ abire:& huc illucq; diſcurrens aſinus ab oĩbus
habebať:itellexitq; tãdẽ ſe maleficio affectũ:& ſeipꝫ quoq; q̃tũ ad
imaginationẽ & ſenſũ aſinũ uidebat,licet mẽte q̃ nõ erat ex toto
deſtitutus ſe hoĩem noſcet.Coact⁹ igr̃ maleficã adiit & p ſua uita
ei triẽnio ſuiuit oĩa aſinoꝝ officia pagẽs:hoc tñ hñs ſolatii ꝙ ab
ipſis maleficis ꝯiũctim & diuiſim ut hõ habebať & tractabať.Si q̃
ratur quomõ illa onera portare quibat:dico ut ſupra ꝙ demõ iu
uabat ubi iuueni uires nõ ſuppetebãt.Simile huic narrat augu.18.
de ci.dei.ca.17.ut ſupra citatũ eſt.Peracto triẽnio dũ die quadam
añ meridiẽ ciuitatẽ ſalaminã intraret malefica ſequente cũ uirga
a longe(ut forte cum aliquo loquutura morã traxerat)& nolã pro
eleuatione corporis chriſti pulſantem audiens(ibi enim latino nõ
greco more celebratur)ad eccleſiam hic rationalis aſinus ſe uertit:
uerum uerberum metu intrare non audens,foris ſtans flexit ge-

nua:pedes ſcilicet poſteriores aſini: ut uidebatur:& manus erexit ideſt pedes āteriores:& aſinino ut putabatur capite ſacramentū in tuebatur:& ſe deo commendabat. Quod prodigium nōnullos mercatores genuenſes in ſtuporem & in circulum circa aſinum uertit:& ecce malefica aſinum tundens urgebat. Quia uero in eis partibus hmōi maleficia plurimū in uſu ſunt: ad genuenſiū inſtā tiam & malefica & aſinus per iudicem detinetur,& malefica per queſtiones interrogata crimen faſſa eſt: & iuuenem ſue forme reſtituere ſpopondit, ſi domum rediret. Rediit,reſtituit & denuo capta pro demeritis interiit. In eiuſmodi ergo miſerandis caſibus remedium eſt oratio:ut patuit:& exorciſmi:quibus interdum demon contra ſuum maleficium obedire cogitur:ab eo deſiſtendo ſecundum poteſtatem a chriſto traditam nobis ſuper demonia:ſicut & obediuit tempore macharii oratione iuuencula ex forma eque ad humanam reducta:& tertio concordare maleficam,iuxta dicta ſuperius.

¶ Punctum quintum. Contra arrepticios intercedente maleficio remedia. Nam ſi id dubitatur ex peccato obſeſſi aut perſone coniuncte que in eo puniatur eueniſſe, remedium primum uera confeſſio eſt:deinde exorciſmi eccleſiaſtici:quibus & deus me preſente nobilē matronam in ciuitate bononia liberauit:que ad inſtā tiam cuiuſdam famoſe ſtrigimage annis tredecim arrepticia fuit: que ſtrigimaga cimera dicta eſt: quam tandem inquiſitor magiſter io. de tabia, author tabiene ſumme qui etiā modo uiuit in cineres redegit. Sunt preter hec & alia remedia: & euchariſtia in primis: unde & caſſia. dicit ſi poſſibile foret, eam eis quotidie exhibendam:cum ſit quaſi ignis ſpiritus malos exurens:quod intellige etiam ſi ſunt mente capti modo prius illud ſana mente appetiuerint ſacramentum. 26. queſtione ſexta. is qui intellige etiam niſi adſit periculum uomitus aut irreueretnie ad ſacramētum. Et hoc remedio caſſi. curatum ſcripſit abbatem andromicum. Et eſt oratio propria ac aliorum.

¶ Punctū ſextū. Aduerſus grādines,q̄ uictum nobis auferunt, remedia:cuius rei gr̄a multa dicātur oportet. ¶ Primū. In uerbis ex eo ꝙ uerba ſunt nulla uirtus eſt niſi mouendi auditum: ut probat guil. glo. ray. ſiqua uero ſi pro. quia in aliquibus uerbis eſt uirtus,

ut in ſacramentalibus & bñdictionibus & quibuſdã licitis carmi-
nibus de quibus capite ſequenti:nõ ideo eſt quia uerba ſunt: uerũ
ex inſtitutione & ordinatione dei potius,ut hoc ꝙ ad formas qui
bus eccleſia in ſacr̃is & ſacr̃alibus utitur applicantur :quibus deus
ſpũalem intentionalẽ uirtutẽ largit̃:& idẽ eſt de uerbis multis di
uine ſcripture:ut de euãgelio ſancti io. creditur:& forte de oibus.
Interdũ tñ &ſi in uerbis nõ ſit uirtus nihil tñ prohibet eã diuinitꝰ
adeſſe:ut ſi adiurat̃ demon in uirtute dei uel ſanguinis xp̃i & eiuſ
modi. ¶ Secundum. Contra grandines:quidam ſic practicant.
Tria grana grandinis in nomine ſancte trinitatis in ignem ia-
ciuntur in ſigum deſtructionis diabolici operis & ignis perpetui
diabolo & ãgelis eius preparati, & ad diabolũ moleſtandũ,adiũ-
ctis ter dñica orone ,& ſalutatiõe angelica:necnõ & euãgelio ſcti
io.In principio/erat uerbũ,ſemel cũ ſigno crucis cõtra tẽpeſtatem
undiq; añ & retro & ex parte oĩ :& illud:uerbũ caro factũ eſt, ter
replicat̃:& deinde ter dicit̃ p euangelia dicta deleatur & fugiat tẽ
peſtas iſta.Et quidẽ ſi tẽpeſtas ex maleficio eſt ſubito ceſſat. Hec
ſunt ueriſſima experimenta & catholica. ¶ Sd̃m. Quedã malefica
interrogata per iudicẽ an modo aliquo tẽpeſtates a maleficis cõ
citate ſedari q̃ant: reſpondit ꝙ ſic modo iſto. Adiuro uos grandi
nes & uẽtos p quinq; uulnera xp̃i :& tres clauos qui manus eius
ac pedes pforarũt:& p quatuor euangeliſtas ſanctos matheũ mar-
cum,lucã,& ioannẽ:ut in aquã reſoluti deſcẽdatis. Hic nihil ſup-
ſtitionis eſt aut illicitũ:quia a xp̃o poteſtatẽ accepimus imperãdi
demonibus,ne aut nobis aut proximo noceant :imperare aũt effe
ctui demonis.i.grandini eſt imperare diabolo cõcitanti:cũ irratio
nalia precepti capacia non ſint. Ad idẽ eſt ꝙ ĩtra uineas aut fruges
quidã ſignũ crucis erigũt cũ floribus aut frondibus benedictis in
die palmarũ:qui & id aſſerunt ꝙ frugibus grandine undiq; leſis,
illeſe in eoꝝ campis durant:quod totũ licitũ uidetur. ¶ Tertium.
Fatentur ẽt malefice q̃dam quidẽ ſponte:q̃dam uero p tormenta
& difficulter : ꝙ quedam ſunt quibus multũ impediuntur ex to-
to uel in parte & ne in pſonam uel amicos fiant:& ſunt: integra fi
des cũ obſeruatione mandatoꝝ dei & ſigno ſancte crucis ac ora-
tione:itẽ ſunt cultus eccleſiaſtici ritus & eccleſiaſticaꝝ cerimonia
rum:bona exequutio iuſtitie publice:ruminatio paſſionis xp̃i uel

bo aut mente. ⁋ Quartũ. Dicit quoq; nider ꝙ eadẽ cã gñaliter cũ pane contra aera pulſantur ut recedant demones a ſtrepitu ↄſecrata rum deo tubarũ: tũ etiã ut populus excitatus cõtra tẽpeſtates deũ aduocet: adde etiã ꝙ ex naturali uirtute oẽ quod aerẽ mouet: ut magnus ſonus cãpanaꝝ & machinaꝝ: aduerſatur grandini. ⁋ Quintum. Eadẽ cã cum ſacramẽto altaris & ſacris uerbis ad aurã proceditur: quod qui ſuperſtitioſum putãt regulas ſupſtitioſa diſcernendi minime norunt: q̃ excipiunt ex glo. col. 2. ſuper illud: q̃ ſunt rõnem habentia: & ſunt he. Prima. Cũ in oĩbus opibus nr̃is dei gloria, nr̃ principalis ſcopus & finis eſſe debeat: iuxta illud: ſiue mãducatis ſiue bibitis ſiue aliud quid facitis oĩa in gloriã dei facite: ideo in oĩ opere quod ad xp̃ianã religionẽ attinet, attendatur an illud ſit ad gloriã dei: & an hõ in opere illo deo gloriã principaliter tribuat: ita ꝙ p ipſuȝ opus ẽt mẽs hominis deo ſubiiciatur. Secunda. Attendatur an opus exercitũ ad exercitiũ corporis ſit, uel frenũ ↄcupiſcentie, aut cõferens corporali abſtinentie ſm mediũ uirtutis, aut quaſi hoc eſt ſm ritũ eccleſie uel doctrinã moralem: quia rõnabile debet eſſe obſequiũ noſtrum: ro. 12. Vñ propter hãc regulã fatua ſunt uota de nõ pectẽdo capite die ſabbati uel die dominico ieiunando & eiuſmodi. Tertia. Attendatur an opus ſit ſm ſtatutum uniuerſalis eccleſie, uel ſm teſtimonia ſcripturaꝝ, uel ſaltem ſm ritũ particularis eccleſie: aut gñalẽ ↄſuetudinẽ: q̃ ſm aug. pro lege habenda eſt: unde greg. anglorum epiſcopo qui ꝙ eẽnt eccleſiarum conſuetudines diuerſe in celebratione miſſarũ querẽti reſpondit. Siue in romana ſiue in galliarum ſiue in quacunq; eccleſia aliquid inueniſti, quod plus omnipotẽti deo placere poſſit ſollicite eligas: diuerſe enim conſuetudines eccleſie in cultu diuino in nullo ueritati repugnant: ideoq; ſeruande: & eas preterire illicitum eſt. Quarta. Inſpiciatur ut opus quod ſit habeat uel a deo uel a natura proprietatem ad effectum qui expectatur: a deo quidem ut uerba conſecrationis ad trãſubſtantiationem panis & uini: a natura autem ut palee ad niues aſſeruandas: alias enim ſi hec non habuerit ſuperſtitioſum eſt: ex qua conſideratione caracteres oẽs ignoti & imagines aſtronomice & nigromãtice & nomina ignota tanq̃ ſupſtitioſa oĩa refutantur. Quinta. Attendatur ne opus qđ ſit occaſionẽ ſcandali ꝓbeat: quia & ſi tunc ſupſtitioſum

nõ eſt: propter ſcandalũ tñ aut omittendũ aut differendũ eſt, uel occulte peragendum. Efferre aũt contra demonum tempeſtates corpus chriſti aut reliquias ſanctas ad auras: ſicut genue cõtra im petum maris reliquie precurſoris admouentur: contra nullam eſt dictaꝝ regularum: imo eſt ſm tertiam: quia ita galliarũ ecclefie, & multe in germania antiquitus ↄſueuere: ita tñ ꝙ eo modo quo ẽ conſuetudo feratur, ideſt in atrio ſacrarii uel alio ſecreto loco ad auram reuerenter: quin & ſi publice ferretur iudicio diſcretorum fi delium ſicut in die corporis xp̃i nihil ſupſtitioſum uideo: niſi ꝙ ſi effectus grã cuius deferẽ nõ ſequatur, ſcãdalizari poſſent ĩbecilles unde eiuſmodi celebranda ſunt q̃to ſecretius fieri poteſt.

¶ Punctum ſeptimũ. Aduerſus maleficia iumentoꝝ remedia: cu ius rei gratia multa dicuntur. ¶ Primum. In partibus ſueuie ſic practicatur. Prima die maii ante ſolis exortum exeunt ruſtice mu lieres ex ſiluis & arboribus deferentes ſalicũ & aliarum frõdium ramos, in circulorum modum ad oſtium ſtabuli ſuſpẽdentes: aſſe rentes anno integro iumenta a maleficiis illeſa ſeruari. Quod eq dem remedium nõ eſt illicitũ apud eos quibus uanis uana retũde re licet: ſine offenſa tñ dei, dico ꝙ ſi nõ obſeruata die prima pluſq̃ ſecunda neq; ſolis ortũ, colligantur herbe uel frondes cũ oratiõe dominica uel ſimbolo & fide bona dicto modo ſuſpendanẽ, com mittendo iumentoꝝ cuſtodiã deo, nõ eſt reprehenſibile: ut liquet 26. q. 7. non obſeruetis. ex uerbis aug. nã & ſine incantatione licet arrepticio herbas & lapides habere. Ad idem eſt ꝙ quedam mulie res ne uacce maleficio lacte ſiccẽtur: lac quod die ſabbati ẽmũ gũt ex integro pauperibus erogant: aſtruẽtes inde uaccas non mõ il leſas durare uerũ etiam & magis lacte exuberare: quod totũ proba mus ſi ex cã licita dies illa ſeruatur: puta deuotionẽ ad beatã uir ginem uel hmõi: & deo iumentoꝝ aſſeruatio per eiuſmodi pieta tem commendetur. ¶ Secundum. Nider in ſuo preceptorio prece pto primo: dicit etiam per carmina & uerba ſacra licet ſicut homi nes infirmos ita & iumenta benedicere: etiam ſi incantationis ſpe ciem habere uideantur: modo ſeruentur he conditiones de quibꝰ capite ſequenti: aſſerens ſe a deuotis perſonis & uirginibus expe rientiam tenuiſſe: ꝙ adhibito ſigno crucis in uaccam, & oratione dominica una cum ſalutatione angelica ter uel circiter, ceſſat opꝰ

diabolicum: etiam ſi maleficio intercedente ſit. Qui & in ſuo for-
dicit conſtare per maleficos ꝙ ritibus eccleſie ueneratis & ſeruatis
eorum maleficia prepediuntur: ut per aque benedicte aſperſionem
p ſalis conſecrati ſumptionē. per cādelarum in die purificationis
& oliuarum ac palmarꝫ in die ſua benedictarꝫ uſum: quia huiusrei
gratia ab eccleſia exorcizantur. Nō eſt uero mirum ſi in eiuſmodi
aliqui fideles ſimplices mira faciunt: quia fidei miracula cōſueue-
runt aſcribi. Eo tempore quo cardinalis ſancti petri ad uincula qui
& deinde Iulius ſecūdus a facie alexandri borgie fugiebat: ſaona
per gallos impugnata ſed non expugnata eſt mauro & uenetis ſuf
fragantibus: ego ſaonā predicationis gratia miſſus tempore car
niſpriuii in fraſchea cerdonā & ſerrauallē inter peditum ducem
quendam marzocheū nomine offendutcū quo ex burgo quē for
nariorum dicunt genuam relictis copiis adiui. Cuius mula cum
pedi pedem impoſuiſſet ſe adeo uulnerauit ut ſingulis paſſibus ſin
gulas ſanguinis guttas effunderet. Super quo cum plurimum an
xiaretur ꝙ pulchra & non ſua mula eſſet: rogauit an eam ſignare
noſcerē. Reſpondi me eam in nomine ſancte trinitatis ſigna
turum: & confidere ꝙ ei bene eſſet. Acquieuit ſigno dei, cum
diabolicum habere nequiret. Signata per me mula ſigno cru-
cis in nomine ſancte trinitatis, ſtatim ſanguis ſtetit: & ſic iuga
ſuperātes ad oppidum qui punctus decimus dicitur deuenimus:
illudqꝫ paululum exceſſimus. Cunqꝫ alius dux peditum nobis ob-
uiaſſet: ut mulam ſignaret petiuit. Qui an aliquis ſignaſſet in-
quiſiuit: & audito ꝙ ego ſignaſſem: ſuſpirans: o diabole inquit
quaſi ſcilicet ipſe uir ut erat diaboli nihil poſſet ubi dei ſeruus
manum admouiſſet. Signauit tamen: & abinde uſqꝫ genuam
ſanguis qui ſteterat ſemper refluxit. Ecce coram deo quia non
mentior. ¶ Tertium. Strigimage quando iumenta uolunt la-
cte priuare modicum lactis aut butiri ex eis iumentis coagularū
petere ſolent: inde ſi queunt arte ſua iumenta maleficiis impe-
tentes: unde expedit mulieres cautas fore cum eiuſmodi a ſu-
ſpectis de ſtrigimagatu expetuntur. ¶ Quartum. Sunt mu-
lieres que ubi in coagulando butirum ſentiunt ſe nihil profi-
tere: ſubito ex domo ſuſpecte malefice modicum butiri ha-
bere conantur: illudqꝫ in tria fruſtra diuiſum inuocata ſancta

trinitate in uas inferunt & fugatur maleficium : quod eſt uanis
uana retundere : ſi tamen id ex quocunq; butiro indifferenter fie
ret, adiuncta dominica oratione & aqua benedicta , & effectus di
uine uoluntati cōmittatur: iam nihil ſuperſtitionis haberet & ma
leficium eque fugaretur. ¶ Quintū. Quia perſepe omnia ſtabuli
iumenta maleficiis inficiuntur: ſub limine oſtii, aut e preſepio uel
ubi adaquantur, terra exportetur, & alia cū aque benedicte aſper-
ſione reponatur: quia ſepe ſtrigimage faſſe ſunt ſe maleficii ſignū lo
cis talibus occuliſſe per demonem, foſſula tātum per eas effecta:
quod quidem ſignum res uiliſſima fuit, aut lignum, aut lapis,
aut ſerpens, aut eiuſmodi.

¶ Punctum octauū. Cōtra quoſdam occultos demonum effect⁹
tā in frugibus q̄ in perſonis remedia: gr̄a cuius multa dicuntur.
¶ Primū. Deo permittente plerūq; demones per locuſtas & eiuſ-
modi nō tam aues q̄ uolantes terre uermiculos cuncta uirētia ter
re demoliuntur: & remedium eſt per adiurationes: q̄ apud. S. tho.
22. q. 90. ad irrationalia fieri poſſunt ſub relatione ad rōnales de
mones: ne nobis ut demonū & maleficarū inſtrumenta ſint nocu
mento uel noſtris: necnon & per excōicationes q̄ demonibus ad-
iurationes ſunt: quo tn̄ caſu proceſſiones orationes & ieiunia de-
berent iniungi: quibus deus placatus miſereri uellet: cum propter
adulteria & alia eiuſmodi crimina talia deo permittēte plerumq;
inferantur. ¶ Secundum. Aliud horribile deus permittit: ꝙ ſub
tractis interdum mulieribus filiis propriis alienos demones ſup-
ponunt: & hi ſuppoſiti in germanico uulgari ut fertur campſores
appellantur ſeu nechſekind: & in differentia triplici ſunt Quidam
enim maleficiis acti ſemp macilenti eiulant, etiam quatuor mu-
lieres lacte uberes exugentes: quidam incuboꝝ coitu modo ſupra
expoſito permittente deo ſunt producti quos interdum ſupponūt
quidam rurſus demones ſunt in paruuloꝝ forma apparentes: &
ſeſe nutricibus adiungentes. Huic triplici gn̄i cōmune eſt, eſſe pō
deroſos macilentos non excreſcentes: nec ſatiabiles potu lactis: &
ſepe dicuntur euanuiſſe: quod tertio generi propriū eſt. ¶ Tertiū.
Quantum capere poſſumus diuina pietas ideo talia permittit: tū
ꝙ pueros nimium parentes ament: conſequenter autē ad utilita-
tem anime eorum talia permittuntur: ſecundo quia preſumitur ꝙ
eiuſmodi

eiuſmodi mulieres quibus accidunt talia, ut plurimū ſuperſtitioſe ſunt: & in multis aliis & in hoc a demonibus in penam ſeducunt. ¶ Quartum. Remedium uero ad hec eſt uera confeſſio & oratio: conſequenter reconciliatio dei: deinde arma ſpiritualia exorciſmi de quibus pene ſtatim.

¶ Aduerſus morbos oēs in gñe p exorciſmos remedia ac de modo exorcizandi. Capitulum ultimum.

Quia iam & ſtrigimagaꝝ opera ac maleficia & ſpecialia ēt remedia pro noſtra uirili attulimus: ultimo loco circa exorciſmos qui contra omne opus diaboli ualēt & modum utendi nos uerſari oportet: quod multis punctis faciemus.

¶ Punctum primū. Licite & illicite carminibus quis utitur: pro quo dico multa. ¶ Primum. Diuus tho. in. 4. di. 22. innuit ꝙ non modo exorciſte, ſed quilibet fidelis demones licite adiurat: ut eius nocumenta a ſe & a proximo ac rebus repellat: licet exorciſte ſoli hoc ex ſuo officio faciant. Nam & uirgo quedam uiſitans amicū maleficiatum pedem, medicoꝝ iudicio rogata ut aliquid benedictionis apponeret, oratione dominica & ſimbolo apoſtolorum ſilenter dictis & geminato ſigno crucis eum ſtatim ſanauit. Qui in futurum perſpiciens & querens quid remedii attuliſſet uos inquit alii ex fidei debilitate reiectis dei remediis quibus curaremini illicita carmina morbis admouetis. Ecce oratione dominica & ſimbolo ac ſigno crucis eſtis ſanatus. ¶ Secundum. Vnde uero uſus & abuſus carminū exortus ſit: ex his liquet. Nam principium horum ſanctiſſimum fuit: apoſtoli enim & alii uiri ſancti: ſm illud mar. ult. in noīe meo demonia eiicient: infirmos uiſitātes ſup eos orōnes p ſacra dei uerba fundebāt: imo interdum ipſa dei uerba ſcripta ſup egros deponebāt: ut barnabas euangelium diui math. ſucceſſu uero tēporis ſacerdotes ſimilia pegerūt: ꝑpter qđ ēt & exorciſmi & deuotiſſime orōnes in antiquis eccleſiis ēt hodie ꝯſpiciuntur, ad omnia que homines circa demones aut agere aut pati potuiſſent, ſine omni prorſus ſuperſtitionis labe: ceu etiam hodie catholici & literati uiri infirmos uiſitantes efficiunt. Dia

reſpõdetur ꝙ minime:ut dicit archi.ubi ſupra.&.3 q.5.cap.2 & de ſimo.licet heli.in fine:de quo ēt ho.in ſum.de accuſ. §.quis poſſit Non tñ oĩs inimicitia eſt repellendi cã:ſed capitalis:q̃ nunc intelligitur qñ de facto mors iteruenit,uel intẽtata fuit,uel ea q̃ ad mortem iductiua & uia ſunt ſequuta ſunt:ut uulnera grauia & letalia, & huiuſmodi.Alie uero inimicitie preſertim graues (prout etiam mulieres ad inimicitiã faciliter cõmouentur) & ſi a teſtificando a toto non repellunt:dictum tñ inimicorum dubitabile utcũq̈ faciunt,ut non ſit plana fides huiuſmodi atteſtationibus adhibẽda: cum aliis tñ adminiculis & aliorum teſtiũ dictis plenã probationem poſſunt efficere:preſertim ubi iudex delatum interrogat, an ne putet ſe talem habere inimicum qui ſibi tale crimen auderet imponere:& ille aut reſpondet ꝙ non,aut ſpãliter de perſona iterũ rogatus eam nõ noiat que deponit,etiam ſi alii eum inimicũ aſſerant,& inimicitie cã depoſuiſſe.Si uero perſonam exprimeret que depoſuit,& iudex de inimicitiarũ cauſa per alios honeſtos informatur,& alia adminicula non ſuccurrunt:eiuſmodi teſtem merito iudex repellit.Non ergo prudenter pleriq̈ repellere conantur mulierum depoſitiones, ꝙ crebro rixas habeant inuicem: aliud enim ſuadent iudicum cautele,de quibus infra.

❡Proceſſum in ſtrigimagas continuari practice & obiter. Capitulum tertium.

Quia iam oſtenſum eſt quonã modo ꝓceſſus inchoãdus ſit,qualiter ſit continuandus oſtendendũ reſtat: quod multis punctis fiet.

❡Pũctum primum.Quia ſuperius dictum eſt ꝙ iudex denunciantem interrogare debet de his qui crimen nouerunt,aut noſce potuerunt: ideo teſtes illos citari faciet quos denunciãs nominarit,& qui magis oportuni uidentur:ſcriptor uero ꝓceſſum hoc modo continuabit.Poſt que attẽdẽs ipſe iudex denũciata ſibi añdicta hereticalia fore:& ex ſui natura talia, et tam grauia,que nec poſſunt nec debẽt cõniuentibus oculis tollerari:quum cedant in diuine maieſtatis opprobrium, & tam fidei catholice q̃ reipublice detrimentum:deſcendit ad ſe informãdum

& ad teſtes

et ad teſtes examinandum per modum qui ſequitur.

¶ Punctum ſecundum. Interrogatoria teſtium. Talis teſtis de tali loco citatus, iuratus & interrogatus ſi cognoſcit talem, exprimẽdo nomen delati: dixit ꝙ ſic. Item interrogatus de cauſa cognitionis, dixit ꝙ ꝓ eo ꝙ uidit & locutus eſt ſibi pluries: uel ſic uel ſic. Item interrogatus de cognitionis tempore: dixit &c. Item interrogatus de fama illius, & preſertim in his que fidei ſunt: dixit &c. Item interrogatus ſi uidit uel audiuit eum tale quid feciſſe: dixit. Item interrogatus ubi: dixit in tali loco. Item interrogatus de tẽpore, dixit. Item interrogatus ſi ex ſua conſanguinitate aliqui ꝓpter maleficia fuiſſent incinerati uel ſuſpecti habiti: dixit. Item interrogatus an cum ſuſpectis maleficis habuerit familiaritatẽ: dixit. Item interrogatus de modo & cauſa ꝙ dicta fuerunt: dixit. Item interrogatus ſi uidetur ſibi ꝙ talia dixerit aut fecerit truſatorie ſeu recitatorie ſeu animo indeliberato, uel aſſertiue potius & deliberato animo: dixit. Item interrogatus de cauſa credẽtie huius, dixit. Item interrogatus ſi hec deponit odio uel amore aut fauore, dixit. Et ſequitur. Et iniunctum eſt ſibi rem habere ſecreto. Acta ſunt hec in tali loco, die tali, in preſentia talium teſtium uocatorum & rogatorum, & mei notarii ſeu ſcriptoris & ſocii. Vbi & illud aduertiſſe oportet, ꝙ in eiuſmodi examine ſemper oportet eſſe perſonas ſaltem quinq; preſentes: que ſunt iudex inquirens, teſtis uel denũcians, reſpondens uel ipſe delatus poſtea comparẽs, & notari⁹ ſeu ſcriptor ubi notarius deeſt (& tunc adiungitur ſibi alius honeſtus: & hi duo uicem tabellionis implẽt apoſtolica auctoritate: ut offi. de hereti. li. 6.) & duo honeſti uiri teſtes eorum que deponuntur. Aduertere rurſus oportet ꝙ teſtis citatus ſcilicet ad deponendum, ſemper iurare debet de ueritate dicenda: aliter falſo ſcriberetur citatus & iuratus. Modo conſimili alii teſtes oẽs examinandi ſunt.

¶ Punctum tertium. Quibus examinatis ſi iudex factum aduertat probatum plene: aut ſi non plene, tamen uidet eſſe maxima indicia & ſuſpiciones uehementes, i. non que ex leuibus coniecturis ſed que ex multa diffamatione ſuper crimine proueniant: tunc & eo caſu ſi de fuga timet delati, eum capiat: alioquin ſi minime timet, eum citet: habito tamen ſi expedit conſilio peritorum. Et ſiue capiat ſiue citet, ex improuiſo ſcrutari faciat domum eius, apertis

ſcriniis & pixidibus angulorum:& omnia inſtrumenta & ſcripta re tollantur. Conſequenter autem collectis his de quibus eſt delatus aut conuictus aut ſuſpectus, ſuper eis interrogatoria formet atq; inquirat habito ſecum notario. ut ſupra: preſtito prius corporali iuramento de ueritate tam de ſe q̃ de aliis dicenda :& omnia per modum qui ſequitur conſcribantur.

¶ Punctum quartum. Interrogatoria generalia ſuper delato & conſtituto. Talis de tali loco, delatus iuratus ſuper quattuor dei euangelia corporaliter tacta tam de ſe q̃ de aliis dicere ueritatem: interrogatus unde eſt ſiue unde originem traxerit: reſpondit ꝙ in tali loco talis diocefis. Item qui ſunt eius parentes, & ſi uiui uel mortui: reſpondit. Item an naturali morte uel incineratis reſpondit. Nota id fieri :quia communiter tota progenies ſtrigimagarum infecta eſt:& ubi negant quod teſtes deponunt, ſe ſuſpectos exhibent. Item ubi fuit nutritus, uel ut plurimum conuerſatus: item quare locum natiuitatis mutarit: item ſi in dictis locis uel alibi de maleficarum natura loquentes audiuit, & de operibus earum: item quid loqui audiuit: item ſi credit maleficas eſſe, & talia poſſe aut facere: & ſi negat (ut conſueuere prima fronte, inde oritur ſuſpicio: unde ſubito interrogetur an credat ꝙ innocentes damnentur. Deinde uero iudex ſpecialius interroget cur populus eū ſic timet. Item an ſciat ſe diffamatum: item cur illi perſone minatus ſit, tu non tranſibis impune: item quid ſibi feciſſet illa perſona, ut talia proferret. Vbi & illud aduertendum eſt, ꝙ interrogatio hec eſt neceſſaria, ut inimicitiarum fundamenta ueſtigentur: quia delatus tandem inimicitias allegabit: q̃q̃ ubi non eſt capitalis ſed muliebri more concitata, non prepediat. Hoc enim ſtrigimagarum eſt proprium uerbis aut factis inutilibus efficere puta expetendo ſibi aliquid mutuari, uel damna inferendo in horto & ſimilia: & id ea ratione ut occaſionem captent: ab aliorum tamen preſentia cauent, ne teſtes eſſe poſſint. Interrogetur etiam quomodo effectus tam cito ſequi potuit poſt minas: item quare dixit illud uerbum, & ita factum eſt. Item ſi omnia negat, interroget de aliis maleficiis, & effectibus illatis hominibus, iumentis & frugibus: item ſi uiſus eſt in campis uel in ſtabulo cum iumētis, ea tangens: item cur tetigit puerum, qui dein

de egrotauit :item quid egit in campis tempore tempeſtatis:item cur plus lacte abundat una uacca q̃ alii duabus aut tribus. Et omnia reſponſa ſcribātur:& ſuper eodem repetitis uicibus interrogetur: ut norit iudex an uacillet necne. Qua confeſſione peracta & ſcripta, ſiue affirmatiua ſiue negatiua ſiue ambigua, deinde ſubiungitur. Acta ſunt hec tali loco &c.ut ſupra.

¶ Punctum quintum. Quid iudici curandum ſit ubi delatus perſiſtit in negatiua. Eo caſu attendat iudex ad tria, infamiam indicia facti, & teſtium dicta : & ubi hec tria concurrunt, immo duo ultima, immo tertium ſolum, eſt manifeſte in hereſi maleficatum ſeu ſtrigimagarum deprehenſus. Apud iuriſtas enim tribus modis aliquis in prauitate heretica deprehenſus dicitur(ut notat bernar.de here.ad abolēdam.§.preſenti.uerbo deprehenſi) primo facti euidentia :puta quia publice hereſim predicauit (loco cuius hic ponim᷒ indicium facti :quia publice minatus eſt in genere :dicendo uidebis &c.& talis effectus ſequutus eſt, quem homo efficere nequiret)uel ſecundo legitima probatione per teſtes: uel tertio per propriam confeſſionem.Si āt hoꝝ unumquodq; reddit aliquem manifeſte in hereſi deprehenſum, multo magis illa tria quia quū ſufficeret ultimū.ſ.teſtes nūero & qualitate legitimi, ſufficiunt illa tria uel duo uel ultimum, immo ultimum ſolum. Eo etiam caſu locus eſt pene.d.capi. ad abolendam. & capi. excommunicamus. ſecundo de here.etiam ſi crimen minime faſſus ſit. Nā ſic deprehenſus aut fatetur crimen :& tunc ut penitens ſeculari brachio relinquitur puniendus ultimo ſupplicio:ut in capit.ad abolendam (uide tamen mitigationem que ibi fit)uel perpetuo carceri mancipandus :ut in capitulo excommunicamus. Si uero non confitetur, eſt impenitēs tradendus poteſtati ſeculari : ut no.ho.in ſum.ti.de here. Vnde caſu iſto iudex, maxime cum ſimpliciter & ſummarie procedat, nihil erroris admitteret, ſi delatum ad carceres perpetuos aut temporales adiudicaret : ut forte ſqualoribus attritus fateretur.

¶ Punctum ſextum. Amplior preteritorum declaratio. Quid eo caſu faciendū ſit ubi fama, indicia facti & teſtes ꝯcurrūt: ſunt tres dicendi modi differentes. Vnus ꝙ mancipetur carceri delatus :

nec quouis modo ſub quacunq; cautione dimittatur ut rurſus cita
tus reſpondeat:hac ratione ꝙ ſicut manifeſte deprehenſus habeat.
Alius ꝙ ante incarcerationem fideiuſſorum cautioni relinqui poſ
ſit:ita ꝙ ſi fugam caperet pro conuicto cenſeretur:licet poſt incar-
cerationem non ſit relinquendus cautioni.& hic modus conſue-
tudini innititur.Tertius uero is eſt,ꝙ regula īfallibilis dāda ſit mi
nime,ſed iudicis moderationi relinquēdum:ut ſm teſtium dicta,
perſone infamiam,& indiciorum facti concurſum diſtringatur:&
ſi fideiuſſores idonei haberi nequeant,& de fuga ſit fortaſſe ſuſpe-
ctus,eo caſu trudatur in carcerē. Qui modus tertius rationabilior
uidetur,modo modus modificatus ſeruetur,qui conſtat ex tribus:
primo ut domus eius diligenter perluſtretur in omnibus ſcriniis,
angulis,foſſis & latebris:ſecundo ut ſi ancillam aut ſodales habe-
at malefica,ſeorſum includantur ad cuſtodiam &ſi non ad penā,
etiam ſi non ſint delate:ut nonnullis placet:preſumitur.n.ꝙ eius
ſecreta aliqua norit.tertio ut ſi in domo ꝓpria capitur,ſpatium in
trandi cameram negetur:ſolent.n.ſi intrarint certa maleficia ſecū
ferre,gratia taciturnitatis in queſtionibus ſeruande:immo alicubi
id ſeruatur,ut capte malefice ſubito eleuētur a terra,& in ſporta re-
poſite de cetero terram non attingunt.Et id merito quidem & lici
te:tum in primis ꝙ attingentes pede terram,& ſe maleficiis libera-
rent interdum,& multos alios fulmine interimerent:ut nonnunꝗ
ſic capti(& terram tangere eis id petentibus uetati)faſſi ſunt ſe eſſe
ēturos ſi tetigiſſent:deinde uero,quia &ſi omnes uires ad tactum
iuſticie publice perdūt quo ad ꝑterita maleficia (ut ſupra dictum
eſt) tamen maleficio taciturnitatis interdum a diabolo eis ſuccur-
ritur:quod hic cauetur.Illud etiam aduertere oportet:ꝙ quum du
plex ſit carcer:ad penā ſcilicet,quo recludūtur criminoſi:& ad cu
ſtodiam.de here.multorum querela in cle.ad minus ad cuſtodiam
eo caſu maleficus incarcerandus foret.Si autem ea pro quibus eſt
quis delatus,forent leuia(ita ꝙ non extaret infamia,nec indicia fa
cti in pueris & iumentis uel frugibus)remittatur ad domum:uerū
quia forte cum ſtrigimagis familiariter uerſatus eſt,& eorū ſecre-
ta nouit,det fideiuſſores ſi pōt:alioquin iuramētis & penis aſtrict⁹
domū aut certos ꝯfines nō exeat.Si uero ſic delatus aufugerit,agē
dū eſt iuxta ca.ut ꝯmiſſis.& ca.ut inquiſitionis de here.li.6.

¶ Punctum ſeptimum, Quid uero poſt captionem agendum ſit dico multa. Primum. Si delatus ac detentus ſtet in negatiua, & ſe delatores & delata uellit ſcire: ad nullum horũ iudex tenetur, nec nomina pandere: niſi delatoribus placeret & uideri & delata in faciem effundere. Licet. n. diuerſa diuerſi põtifices ſenſerit: tamen ꝙ iudex eo caſu pandere deponentium aut accuſatorũ nomina teneretur, ſenſit nullus: quin potius aliqui id ſenſerunt ut nunq̃, alii ꝙ non ſemper uerum in caſu liceat. Tãdem uero bonifacius. 8. in ca. ſtatuta de here. 20. ſtatuit in hunc modum. Inhibemus tamen ꝙ ſi accuſatoribus uel teſtibus in cauſa hereſis interuenientibus ſeu deponentibus, propter potẽtiã perſonarum contra quas inquiritur, uideat epiſcopus & inquiſitor graue periculum imminere ſi fieri contingat publicationem eorumdẽ: ipſorum nomina non publicent. Hec ibi. Vbi epiſcopi & inquiſitoris nomine omnis iudex intelligitur procedens ex horum conſenſu, etiam laicus: ꝙ eadem ſit ratio: quia procedit auctoritate apoſtolica & non iperatoria ſolũ. ¶ Secundum. Potentia autem perſonarum triplex eſt: prima generis & familie, ſecũda pecunie, tertia malicie: que aliis duabus eſt formidoloſior: maius. n. periculum eſt predicta pãdere delato pauperi habenti in malo complices, rebelles & homicidas (qui preter perſonam perdere poſſunt nihil) q̃ generoſo uel diuiti tẽporalibꝰ bonis affluenti. ¶ Tertium. Graue autem ꝑiculum io. an. ibi dicit illud eſſe ſi mors uel truncatio timeatur eorum uel filiorũ aut parentum, aut ſubſtãtie deuaſtatio, & huiuſmodi. In eodem tamen ca. ſubditur. Ceterum in omnibus precipimus tam epiſcopos q̃ inquiſitores puram & prouidam intentionem habere: ne accuſatoꝝ uel teſtium nomina ſupprimendo, ubi eſt ſecuritas periculum eſſe dicant: ne in eorum diſcrimine ſecuritatem afferãt ubi tale periculum immineret: ſup hoc conſciẽtias eorum onerantes. Hec ibi. ubi etiam patet ꝙ ſicut pena annexa eſt nomina teſtium idebite publicantibus, ita & indebite occultantibus. ſ. his quibus merito eſſent manifeſtanda: ut aſſeſſoribus & peritis, de quorum conſilio ad ſententiam eſt procedendum. ¶ Quartum. Quia uero omnia precedẽtia & ſequentia uſq̃quo ad modos ſentẽtiendi ueniatur, abſq; pena ſanguinis fieri poſſunt: in quibus iudex eccleſiaſticus iudicat, fieri poſſunt cum dioceſanorum conſenſu per iudicem ſecularẽ

Ideo non miretur quis ſi in d.ca . nominatur iudex eccleſiaſticus, non ſecularis:qui modum ſententiandi ſuper ſanguinem,ex modis ſetentiandi etiā & penitētiandi ordinariorum capiet. ¶ Quintum. Petit autem delatus defenſionem ſibi dari & expreſſe & etiā implicite : ut cum dicit ſe cupere uidere delatores & huiuſmodi. Que defenſio ſtat in tribus:primo ut ei detur aduocatus , qui etiā procuratorio nomine agere poterit : ſecundo ut aduocato nomina teſtium non pandantur,etiam preſtito iuramento ꝙ non reuelabit(niſi eſſet irrephenſibilis & zelator & iuſticie amator) ſed de his q̄ in proceſſu continētur informetur:tertio ut aduocatus cauſā delati quantum poteſt in meliorem cauſam interpretetur : ſine tamen ſcandalo fidei & iuſticie damno:ut patebit. Et idem de procuratore. Pro his nota ꝙ aduocatus nullo modo dandus eſt ad arbitrium delati,ſed iudicis:qui det probum, nō autem litigioſum uel maliuolum,qui facile pecuniis corrumpatur.unde iudex eum monebit que ſunt boni aduocati partes,& ſpecialiter ꝙ non mentiatur allegando falſas leges uel quid ſimile faciendo:& diligēter moneat ne de aduocato fiat fautor:quia eo caſu excommunicatus eſſet.per ca.excommunicamus.primo extra de here. Nec prodeſt ſi perſonam & non errorem ſe defenſate dixerit : quia non debet ſic quouis modo defendere , quin procedatur ſummarie ſimpliciter & de plano:quod faceret ſi peteret omnino dilationes, uel immiſceret appellationes:que omnia refutantur. Licet.n. non defendat errorem:quia peior eſſet ipſis maleficis & hereſiarcha . 24.q.3. qui illorum:tamen quia indebite defendit iam ſuſpectum de hereſi.tanꝗ fautorem ſe facit,etiam uehemēter ſecundum defenſionē quam facit:& debet publice abiurare coram epiſcopo:iuxta ca.accuſatus.de here.in.6. Si ergo aduocatus ſit reprehenſibilis, repellatur,& ſecundum acta & probata iudicetur:alioquin ex malo aduocato mala multa prouenient:ut ipſe expertus ſum rome:ubi tamē non iudex ſed adiunctus iudici eram.

¶ Punctum octauum. Quid uero ſit aduocatus facturus etiam ꝓcuratorio nomine agens,ubi ſibi nomina teſtium celantur & cliētulo ſuo. Dico ꝙ de omnibus contentis in proceſſu diligenter informabitur,habita etiam eius copia ſi mauult,ſuppreſſis tamen teſtium nominibus:qui delatum adiens ſingula proponet, dicēs ſic

dixiſti ſic feciſti:ut ex his ipſe conlectet,& tandem ad id ueniat uẽ inimicitias alleget,aut ſua excuſet:ſe talia quidem dixiſſe aſſerẽs, ſed non eo animo ut noceret & eiuſmodi. Quo caſu quantum attinet ad inimicitias,eas iudici proponet:& ille inquiret an capitales interuenerint necne:&ſi ſunt cum ſuis aſſeſſoribus iudex ꝓuidus diſcutiet an ex parte delati aggrauetur inimicitia,uel ex parte deponentis:puta quia coniuncti delati alios ex parte deponẽtis iniuſte oppreſſerunt:tunc ſi deſit infamia & indicia facti,nec ſunt alii teſtes,preſumitur ꝙ ratione uindicte depoſitum ſit:& delatus abſoluitur ſub cautione de non uindicando. Quid ſi katherina male ficiata in ſe uel in ſuis,ſuper illã ſuſpicatur cuius cõiuncti in publico iudicio oppſſerunt ſuum maritũ ſcilicet katherine? Reſpõdetur hic eſt duplex inimicitia ex parte deponẽtis,ſcilicet ratione maleficii & oppſſionis:unde ſi deſint alii deponentes nec laborat infamia contra delatum,depoſitio iſta repellitur:delatus tamen redditur ſuſpectus;ſi & inquantum moribus eſt maleficioſus:de quo tamen infra. Si uero adſint alii deponentes qui ſuper alia indicia facti deponant,res plana eſt:ſi uero ſuper infamia ſolum deponunt & in re ita eſt,tunc licet iudex propter inimicitiam repulerit deponentem,ipſum tamen indicium facti quod ꝓtulerat & oſtẽderat iudex ex aliis teſtibus ſuper infamia,capiet pro interſigno ſuper ſuſpicionẽ uehemẽtem:ex qua delatus poteſt multipliciter plecti. Primo pena canonice purgationis,propter infamiam.iuxta ca.inter ſollicitudines de purg.ca.x. ſcđo abiurationis,propter ſuſpicionem:iuxta ca.accuſatus in principio de here.in.6. & ſecundum uarias ſuſpiciones ad uarias abiurationes:ut infra. Et ſi acceſſerit cõfeſſio criminis & penitentia,propter indicia facti non relinquitur brachio ſeculari ad punitionem ſanguinis:ſed ꝑ iudicem eccleſiaſticum ad perpetuos carceres damnatur:quo non obſtante,ꝓpter temporalia damna poteſt per ſecularem iudicẽ ignibus tradi:iuxta ca.ad abolẽdam.§.ꝑ ſe.& iuxta ca.excommunicamus ſecundo.de here.& de his oĩbus infra. Epilogando obiter. Primo nõ facile credat iudex aduocato ſuꝑ inimicitiis capitalibus:qa depoſitiões eiuſmodi rariſſime ſine inimicitia fiũt:cũ malefice omnibꝰ ſint odioſe. Secundo attẽdat ꝙ quatuor modis poſſet meleficus conuinci:per teſtes,per euidentiam facti,per indicia facti,per confeſſionem pro

priam:& hoc uel ſuper infamiam tantum, quod ſolum per teſtes fit:uel ſuper ſuſpicionem leuem,uehementem,uiolentam: & quã tum ad hec omnia ſine confeſſione propria : que ſi accedat, quid agendum ſit dictum eſt.Tertio applicet predicta ad ſuum propoſi tum:ut ſuper inimicitiis reſpondeat aduocato.Vbi autem ipſe ad uocatus allegaret ſecundũ,ſcilicet uerba non eſſe dicta animo no cendi.adducat ꝙ licet illa uerba dicta ſint,ex alia tamen cauſa po tuit effectus ueniſſe:cum nouis modis infirmitates emergant , & commune ſit mulierum uerbis eiuſmodi corrixari.Quibus allega tionibus iudex obuiaturus:ſi quidem ex naturali defectu infirmi tas aduenerit,excuſationem admittere poterit:ex ſignis tamen an maleficiũ ſit aduertet,ſi nullo remedio naturali curatur , ſi medi corum ſententia eſt morbus maleficialis,aut etiam aliarum incan tatricum,ſi abſq; debilitatione preuia ſuperuenit.ſi curata ſuit ſubi to quia ſignum maleficii ſub lecto uel indumentis reptum deſtru ctum eſt.Per hec.n.obuiabit iudex accedentibus minis que de ma leficio ſuſpitionem ingerũt:ſicut ſiquis dicat ſuccẽdam horreum tuum,& effectus ſequitur,ſuſpicio aut uiolẽta aut uehemẽs emer git:licet id alius potuerit effeciſſe.

¶ Punctum nonum. Rurſus capitales inimicitias ſubtilius inda gaturi ſumus,Si circa eiuſmodi difficultas emergat : poterunt hi modi &ſi cauteloſi ad bonũ fidei & reipublice practicari . Prim⁹. Nam aduocato in folio uno copia proceſſus tradatur:i alio uero nomina teſtium,nõ eo ordine quo depoſuerunt:ſed tali ut neque at coniectari ꝙ talis tale quid depoſuerit.Secundum . Date copie et nominibus ut prius inſerantur alia alibi a maleficis pattata & a teſtibus in ſcriptis non depoſita.Sic.n.delatus aſſertiue dicere ne quibit iſtum uel illum capitalem hoſtem . Tertius . Cum delatus examinatur,anteꝗ̃ defenſio & aduocatus detur , interrogetur an putet ſe inimicos habere qui tantum crimen auderent imponere: et forte reſpondebit,non:quod forte ex improuiſo faceret:& ſi di xerit ꝙ ſic,nomẽ eius & inimicitie cauſa ſcribatur:ut loco ſuo iu dex rem certius ueſtigare queat . Quartus. Anteꝗ̃ defenſio aut ad uocatus detur:accepto nomine eius qui grauiſſime depoſuit,inter rogetur delatus an illum norit:& ſi dixerit ꝙ non,iam ex poſt fa cto eum hoſtẽ capitalẽ ĩ ea cauſa non poteſt facere:cum medio iu

ramẽto

ramento oppoſitum dixerit. Si uero dixerit ꝙ ſic, interrogetur an audiuerit eum aliquid contra fidem maleficarum more egiſſe: ſi dixerit ſic & ſic fecit, interroget̃ ſi eſt eius amicus, uel inimicus: ſtatim reſpondebit forte ꝙ eſt eius amicus, ut ei credatur: & ſic non poterit ex poſt facto hoſtem aſſerere: ſi autem reſpõderit ſe nihil ſcire de eo, interrogetur an ſit eius amicus uel inimicus: & forte reſpondebit ꝙ amicus: quia allegare inimicum de quo nihil mali nouit, uidetur dedecus: & ſic ex poſtfacto idem erit quod prius. Si autem a principio allegauerit capitalis inimicitie cauſas: iã aduocato adhibebitur fides. Quintus. Data copia proceſſus aduocato teſtium nominibus ſuppreſſis, aduocatus delatum informabit: qui coniectabit quis contra eum talia depoſuerit, & crebro diuinabit. Tunc uero ſi dixerit, talis eſt capitalis inimicus & uolo probare per teſtes: eo caſu iudex conuocato peritorum uel antiquorum cõſilio clanculo, teſtes & cauſas inimicitie examinabit: & ſi inuenerit ita eſſe, repellet teſtes, & delatum dimittet ſi non ſunt aliorꝫ teſtium grauamina. Et hic modus uſitatior eſt. Eſt & alius & finalis modus qui mandatur in iure (& quo iudex tandẽ utetur ſi predicti non placerent) ut ſine omni imputatione tranſeat: ut ſcilicet habito peritorum & prudentũ & honeſtorum cõſilio, iuxta tenorem. d. ca. ſtatuta. ab eis prius habeat iuramentũ ꝙ rem celabunt & eis proceſſum & nomina deponentium per notarium exponat & ꝙ inimicitiarum radicem habere non ualuit: & ſi eis uidetur, de duobus alterum fiat: primum ut per conſilium diſcernatur qui ex deponentibus ſint quaſi hoſtes repellendi: aut eligantur aliqui puta tres uel quatuor aut quinqꝫ ĩ oppido, qui amplius norint amicitias uel inimicitias delati ac teſtium, & qui in conſilio nõ ſint preſentes: & eis publicentur nomina delati ac teſtium, non autẽ articuli proceſſus: & eorum iudicio ſtabitur.

¶ Punctum decimum. Materiam uero queſtionum multis punctis abſoluemus. ¶ Primum. Si ut exigit iuſtitia communis, ad penam ſanguinis iudicatur nullus niſi confeſſione propria deprehenſus: quamuis quis pro deprehenſo in prauitate heretica ex aliis duobus, ſcilicet euidentia facti ſeu ex indiciis facti, & teſtibus legitimis hẽatur: utiqꝫ talis delatus queſtionibus exponet̃, ut crimina fateatur. Pro quo etiaꝫ illud ſciendũ eſt: ꝙ indicium fact

eſt aliquid minus q̃ facti euidentia:capitur autem ex uerbis male
ficorum & factis ſimul ,etiam ſi ipſa maleficia non ſubito emer
gant ſed temporis lapſu :modo preceſſerint mine. ¶ Secundum.
Circa queſtiones tamen oportet iudicem aduertere ad plura pro
pter taciturnitatis maleficium : & in primis ad illud ne ad que
ſtiones maleficarum ſit pronus:quia niſi diuina uirtus per angelũ
bonum aſſiſtat ut abeat diaboli maleficium ,in doloribus inſenſi
biles aliquando redduntur :adeo ut potius membratim ſcinderen
tur q̃ faterentur:& id eſt qñ ſicut ore ita & corde diabolum ſequũ
tur cordiali profeſſione & homagio :de quibus ſupra. Vnde has
diabolus pro uiribus iuuat taciturnitatis maleficio : ſecus de aliis
que aliquando fatentur ſe nunquam diabolo uoluntarie adheſiſſe
& coactas maleficia peregiſſe. Has diabolus etiam ſi diuinitus
non repellatur ,fari ſinit :ut confuſione & morte in deſperationẽ
trahat , quas allicere corde nequiuit .¶ Tertium. Aduertat etiã
ut ſententiam queſtionum ſic uel modo conſimili ferat,mutatis
mutandis. Nos iudex & aſſeſſores,conſiderantes merita proceſ
ſus facti per nos contra te talẽ, talis loci,talis dioceſis :& diligen
ter omnibus examinatis inuenimus ꝙ tu es uarius in tuis confeſ
ſionibus :utpote quia dicis te tales minas protuliſſe quidem non
tamen animo nocendi , & nihilominus ſunt indicia uaria que ad
te queſtionibus exponendum ſufficientia ſunt. Eapropter ut ue
ritas ab ore tuo proprio habeat̃ & ut deinceps aures iudicis nõ of
fendas ,interloquendo declaramus,iudicamus & ſentẽtiamus die
preſenti & hora tali te ſupponendũ queſtionibus & tormentis. La
ta fuit hec ſententia &c.. Aduertat tamen epiſcopus & inquiſitor
ut hec ſententia quum ſit contra delatum , feratur coniunctim. iu
xta capi. multoꝝ de here. in cle. Demũ non ſit tñ iudex ad q̃ones
ꝓnus:ſed delatũ carceri ad penã mancipet ſicut prius ad cuſtodiã
& adhibitis amicis,uideat an carcere & bonis uerbis ſuaſoriis euel
lere ab eo poſſit ueritatẽ.¶ Quartũ. Vbi uero fide bona ſibi ſuadet
ꝙ ueritatẽ tegat ,eũ q̃onibus modeſte exponat.i.ſine ſanguinis ef
fuſione:illud ſciensꝙ fallaces ſunt q̃ones,& ut dictũ eſt,interdũ ẽt
inefficaces. Dũ uero miniſtri ſe diſponũt ad q̃onandũ, illũ expo
lient:uel ſi mulier ẽ,a matronis honeſtis priuſq̃ penoſos carceres
adeat ſpoliet̃;ne maleficia gerat in ueſtibus. Et dũ ligatur moneat̃

& crebro,& miniſtri paulatim exequant̃ q̃ſi ꝯtra eũ turbati.⁋ Quin-
tum. An uero iudex poſſit ei ꝑmittere uitã ſi ſpõte fateat̃,cum ſit
infamatus & ꝑ indicia facti & teſtes dep̃henſus,nihilq̃ deſit niſi
ut crimen ſuo ore fateat̃,ſunt opiniões:quibuſdã putãtibus ꝙ ſic,
mõ ꝑpetuo carceri macerãdus deputet̃ , mõ plene detegat ſua &
aliena:aliis ſimiliter ꝙ ſic,ſi carceri deputet̃ ad tp̃s,ſed poſt eiꝰ in-
teruallũ iterimat̃:aliis ſimiliter ꝙ ſic, ſed ſubſtituat̃ alius q̃ interi-
mat.Mihi vr̃ ꝙ abſolute poſſit:cũ adhuc nõ poſſit iuris eq̃tate in-
ferre morté:qa ꝯfeſſio nõ interceſſit.An uero debeat,gñalis regu-
la dari nequit:certũ tñ eſt hoc mõ ſepe ueritaté eluſiſſe,& multos
eẽ q̃ ueritaté faterent̃ niſi timor mortis interceſſiſſet.⁋ Sextum.Si
uero nec ſic hr̃i põt ueritas q̃ſita,qõnet̃ modis uſitatis,nõ aliter:&
inter qõnandũ de articulis iterroget̃,a leuioribus inchoãdo:& to-
tum notarius in proceſſu ſcribat,& qũo torquet̃, & de quibus iter-
rogatur,& quid rñdeat.Et quidé ſi ꝑ tormenta fatet̃ ,ad aliũ locũ
ducatur ubi iterum ueritaté recognoſcat:ſi uero minime fatetur,
terreat̃ ꝑpoſitis aliis tormẽtoꝝ gñibus:qđ ſi nõ iuuat,ſnia ad tor-
menta cõtinuanda pro alia die(non.n.pñt iterari niſi ex nouis in-
diciis) feratur in hunc modũ. Et nos prefatus iudex ut ſupra,aſſi-
gnamus tibi tali, diem talem ad continuandũ qõnes,ut a tuo ore
proprio ueritas oriatur. Et totum ponatur in proceſſu a notario.
Interim adhortetur ad fatendum : nec ſolus relinquatur : quia ſi
diabolus eũ deſerere aut uult aut cogitur a deo,eum ut ſibiipſi ma-
nus inferat ſollicitabit.

⁋ Punctum undecimũ. Quonã auté modo ſint cõtinuanda tor-
menta,& de cautelis iudicis,multis dictis enodabimus. ⁋ Primũ.
Sicut uarie ſunt delatoꝝ qualitates,ita & modos interrogandi &
cautelas iudicum oportet eſſe uarias:nec una regula dari põt,nec
expedit:qa facilius filii tenebraꝝ acſi perditionis ſue laqueũ euita-
rent:vñ ſi taciturnitatis maleficiũ ueſtigare curat,aduertat an corã
eo lachrimare delatus poſſit:hoc.n. pro certo ꝯpertũ eſt, ꝙ q ma-
leficus aut malefica eſt,ét ſi ꝯiuret̃ ut lachrimet̃ nõ poterit:q̃q̃ uo-
ces gemẽtis dabit,& ſputo genas & oculos liniet:ut fleuiſſe uidea-
tur.Modus ãt adiurãdi ad ueras lachrimas & ad eas cohibẽdas,hic
uel ꝯſimilis eſt. Couiuro te ꝑ amoroſas lacrhimas a dño nr̃o ieſu
xp̃o in cruce pro mundi ſalute fuſas,ac per lachrimas ardẽtiſſimas

ipſius glorioſe uirginis marie matris ſuper uulnera eius hora ueſp tina emiſſas,& per lachrimas omnes olim ſanctorum & electorũ omnium ,a quorum oculis iam deus omnem lachrimam abſterſit:ut quatenus innoxia ſis lachrimas effundas,alioquin nullo modo poſſis effundere,in nomine patris &c.Experientia docuit quãto plus noxie coniurantur,tanto ſicciores effici:q̃q̃ fingere conantur.Alibi autem a preſentia iudicis & extra locum tormentorum, coram cuſtodibus flere poſſunt.Cauſa uero eius rei putatur nobilitas doni lachrimarũ in penitẽtibus:quod diabolus ſumme odit, & pro uiribus impedit,ut finalis impnia inducatur:aut quia facile malefica lachrimans,emollitis uiſceribus penitere poſſet.Quod ſi permittente deo aſtutia diaboli lachrimas a noxia excuteret:dico eiuſmodi non excedere terminos probabilis coniecture,nec ſuper his iudicium abſolutionis aut condemnationis eſſe fundandum.
Secundum.Cautela ſecunda ſẽper obſeruanda a iudice & aſſeſſoribus. Caueant ne ſe tangi maxime ad nudum maxime iuncturarũ permittant:armati uero ſemper ſigno crucis ferant potius ſecum ſal exorcizatum,palmas & herbas benedictas,& ceram itidem benedictam,ſimul omnibus inuolutis:ſunt enim efficacia : ut ex eccleſie conſuetudine & ſtrigimagarum teſtimoniis conſtat.Immo nedum a tactu,ſed etiam ab auditu & uiſu talium,eſſet cauendum pro uiribus:quia & per uerba & uiſum coopante diabolo eas poſſe maleficiis afficere compertum eſt.Tertium.Cautela tertia.Abradantur omnes delatorum pili:in eis.n.ſicut & in ueſtibus interdũ pro maleficio taciturnitatis ſcripturas aut alligaturas celant:immo interdum in locis ſecretiſſimis non ſcribendis nec nominandis, immo interdum inter cutim & carnẽ. Et q̃q̃ demon haud dubio eiuſmodi taciturnitatem per ſe poſſet inducere:tamen eiuſmodi alligaturis & ſcripturis utitur,ad maiorem animarum perditionem & offenſam diuinitatis:quum iſta per neces puerorꝝ maxime non renatorum & mille crimina procurentur.Nota uero taciturnitatẽ in queſtionibus ex trib⁹ emergere : primo ex naturali duricia cordis:ſicut in quibuſdam ex mollicie faſſio adeo eſt facilis ut etiam non admiſſa fateantur.Secundo ex maleficio apud delatum retento:unde in dioceſi ratiſponen. quidã heretici damnati illeſi i igne manſerunt,& rurſus adiudicati ſubmerſioni idem fuit: indicto au

tem triduano ieiunio omni populo, cuidã innotuit ꝙ in certo cor
poris loco ſub cute erat maleficium: quo ſublato ſtatim incendio
perierunt. Tertio ex maleficio aliorum quantuncunqꝫ diſtantium
ſicut in iſybruch quedam malefica ſe iactare ſolebat, ꝙ ſi uel mini
mum filum ueſtis cuiuſcunqꝫ detenti haberet, id poſſet efficere ut
mori potius q̃ fateri poſſet. Quartũ. Cautela quarta. Vbi uero eiuſ
modi raſura foret horrida, nonnulli inquiſitores cõtra taciturnita
tem hoc utuntur remedio. Abraſis capillis, ciph⁹ aque benedicte
cum guttula benedicte cere infuſa, ieiuno ſtomacho ſancta trini
tate iuocata ter potus delato miniſtretur. An uero omnibus reme
diis ceſſantibus licitum eſſet diuinatrices inuocare pro ſoluendis
maleficiis: quidam abſolute negando reſpodent. Ego uero diſti
guo: quia aliud eſt per diuinos inuocare demones, aliud inuocare
ipſos diuinos ad ea que ſua uirtute poſſunt: non ſcilicet ut demo
nes iuocent, ſed ut ſua propria notitia & uirtute utantur. Quod il
licitum non puto: etiam ſiquid alias per demonẽ ſciuiſſent, & nõ
ideo quia nunc me inſtante inuocarunt: ſicuti licite ad febrẽ quar
tanam pellendam naturali actiuo uterer: puta pulueribus herbe ca
medrios (que italice callamandrina nuncupatur) mixtis uino bo
no albo, potato in hora accedentis parociſmi, etiam ſi alias id de
mon reuelaſſet, modo id me inſtante non fecerit. Primo ergo iu
dex utatur propria uirtute: deinde uirtute alioꝝ & conſilio ẽt ma
lorum, necnon ſanctorũ etiam uiuentium: tandem ad deum con
fugiat etiam indicta oratione & ieiunio: ut prouideat rei ſue eo
modo quo ſue bonitati & ſapientie congruit: iuxta illud. 2. para.
20. cum ignoramus quid agere debeamus, hoc ſolum habemus
reſidui, ut oculos noſtros dirigamus ad te.

¶ Punctum ultimum. Vltimam uero interrogationẽ delati non
nullis dictis explicare oportet. Primum. Sacratioribus diebus ho
ra miſſarum cum rebus & uerbis ſacris, maximeqꝫ ſeptem a chri
ſto i cruce prolatis, in ſcedula ſcriptis: & ut nonnulli ſcribunt cum
longitudine corporis chriſti benedicta ſi haberi poteſt, qua malefi
ca cigatur. & ſanctorum reliquiis, iudex aqua benedicta in potum
exhibita, delatum iterũ queſtionandũ aggrediatur: continue hor
tando & dict teſtium ſine nomine legendo, ac dicendo: ecce per
teſtes conuictus es; & ſi teſtes id uellent, interroget an fateri uelit

ſi teſtes in faciem deponant:quo annuente id fiat, ſi forte uel ſic rubore aliquid diceret. Et ultimo eo ſtante in negatiua, interrogabit an pro ſua innocentia iudicium ferri candentis ſubire uelit:qđ ſi annuerit(ut libenter faciunt, putantes ꝙ a demone iuuabuntur) erit ſignum ꝙ ſit uere maleficus:& replicabit iudex, qua temeritate tali periculo ſe ſubmittat:nec illud patietur, ſicut nec licet. Secũdum. Si uero in negatiua perſtiterit, his cautelis iudex utetur. Prima. Carceri ad cuſtodiam bene tñ munito tradetur:nullo aũt modo eum ſub fideiuſſione relaxet: quia nunq̃ haberetur ueritas: ſed in dies peior efficeretur:ſed id procuret ut in cibo & potu humane tractetur :deinde ſubmittat honeſtos & tutos, qui de impertinẽtibus loquentes tandem ſe exhibeant mediatores, promittendo ꝙ iudex gratiam faciet:& idem etiã tandem faciat iudex:caute tamẽ loquendo, intelligendo ſibi uel reipublice:& notarius omnia ſcribat uerba, & qua intentione ſint dicta, prius edoctus a iudice. Secunda. Siqua complices examinati depoſuiſſent ad propoſitum aut ſiqua inſtrumenta uel unguenta uel pixides ex domo eius habuerit :de ſingulis diligenter interroget, ad quem uſum &c. Tertia Procuret iudex ſibi fidum, & malefico non ingratum, qui colloquatur, ac tandem cãtus temporis tarditatem remaneat cum eo nocte:& ſi fieri poſſet, eſſet de complicibus cõfeſſis:foris autem ſint qui explorent & uerba audiant, & ſi opus fuerit cõſcribant. Quarta. Si quando incipiat cõfiteri, nulla ratione uel pacto uel hora iudex confeſſionem dimidiet, donec principalia excipiat : interruptio enim multotiens ad uomitum reducit. Et poſt nocumenta illata interroget iudex de ſuccubo uel incubo, & tempore negate fidei, & quando cũ incubo coiuerit. Hec enim non niſi dictis aliis fatentur. Quinta. Si predicta omnia non iuuent:ubi fieri poteſt in caſtro aliquo recludatur in carcere:& poſt dies aliquot, caſtellanꝰ ſe receſſurum fingat ad partes diſtantes:& honeſti uiri uel femine intrantes adiutorium ſpondeant, modo eos de certis experimentis informet: puta ſuper grandine concitanda, uel de carnalibus cum incubis & eiuſmodi. Eo tamen caſu quo omnia deficerent uel omnia fateretur:quid agendũ ſit iudici ꝑ ſententia, iam dicere aggrediamur.

¶ Sentẽtias pro terminatione proceſſus ĩ ſtrigimagãs uario modo ferri. Capitulum quartum.

Quia uero iam oſtenſum eſt proceſſus quonam modo cõtinuetur: nunc quomodo per ſententiam claudatur multis punctis oſtendemus.

¶ Punctum primum. Iudicium ferri candentis, aque bullientis & duelli, quicquid ſit de ſeculari iudice (qui tamen in heresi maleficarum crimine .ſ. ex eccleſiaſtico & ciuili mixto. i. heresi & maleficio non poteſt ſententiare: ut inquiſitionis eo. titu. §. prohibem⁹ li. 6.) eccleſiaſticus iudex nõ exercet. 2. q. 5. monarchiã. item ibi ca. quod ſanctorum. Vnde his miſſis aut in conuictũ aut in ſponte cõfeſſum ſententia ferenda eſt: per aug. 2. q. 1. ca. 1. ¶ Que ſententia triplex eſt: ut ibi dicit glo. ſum. Prima eſt interloquutoria: que apud ray. dicitur q̃ non eſt ſup principali, ſed ſuper aliis queſtionibus emergentibus inter principium & finẽ cãe: ut de teſte repellendo uel dilatione danda uel non, & eiuſmodi. Sic dicta ꝗ inter principiũ & finẽ cãe iudex eaꝫ loquitur uel dicit: aut certe quia ĩter partes ſine ſcripture ſollẽnitate profert: de ſen. & re iudi. quod ad: q̃q̃ prolata ſcribitur. de proba. qm̃. Scd̃a eſt diffinitiua, que ea eſt qua principalis cã finitur. ff. de re iudi. l. 1. Tertia eſt ſententia ꝓcepti: & ea eſt q̃ maior minori ꝓcipit ſine cãe cognitione: de qua in. d. glo. & ff. qd̃ me. ca. l. ultima. Sed iſta tertia omiſſa de p̃ria & de ſcd̃a ꝓcipue intẽdimus. Pr̃ia ãt & precipua. i. diffinitiua ſi lata fuerit iuris ordine ꝑtermiſſo nulla eſt. 2. q. 6. ſiqñ. §. diffinitiua. Qd̃ de eo ordine ſm̃ glo. ubi ſupra intelligit, q de ſubſtãtia iudicioꝝ eſt: ut .ſ. fiat litis cõteſtatio, & teſtes legitime recipiãtur: nõ aũt de eo ordine q de iudicioꝝ ſubſtantia nõ eſt: ut ꝗ ſn̄ia nõ ferat ſub cõditiõe, ut prius nõ pronunciet de ꝓprietate q̃ de poſſeſſione: q̃ ſi nõ ſeruent, ſn̄ia tñ tenet. 2. q. 6. anterioꝝ. §. biduũ. In cã tñ ſtrigimagaꝝ q̃ eſt cã fidei, & crimẽ hereſis lꝫ mixtũ, procedit ſũmarie ſimpliciter & de plano: ut ſupra dictũ et declaratũ eſt: & ſemp debet inquiſitor & iudex in uidẽdo merita ꝓceſſus & ſn̄ia ferenda, adhibere peritos oĩm facultatum pro uiribus. Proferri aũt debet a iudice: non ab alio: alioquin non tenet: item in loco publico & honeſto, & ſedẽdo. 3. q. 3. inducie. §. ſpaciũ: & ſimiliter de die, nõ in tenebris: & ſic de multis que ibi notãtur. Hic ta-

men fertur ſi iudici placet ēt diebus feriatis:quod ibi prohibetur: & ſimiliter ſine ſcriptura :quum ſm io.an.multotiēs ſine ſcriptura teneat,maxime ubi eſt conſuetudo loci uel fori.di.xi. conſuetudinis. Iudex etiam ſi eſt eps̄ , per alium ſententiam recitare poteſt :inſtar illuſtrium. Lata autem ſententia licet in actionibus criminalibus exequutio non ſit differenda.2.q.1.ſicut: fallit tamē in multis caſibus:e quibus pro iſta cauſa duos elicio:primus eſt ſi lata eſt in mulierem pregnantē:quia partus expectatur.ff.de re iudi. l. pregnantis:ſecundus cū is qui crimen cōfeſſus eſt poſtea negat: quod intellige ſi fuit confeſſus ſolum in loco torture uel carceris: nō aliter:de quo uide.C.de cuſto.re.l.2.Si aūt eſt facta ſponte in libertate nō metu,nō eſt audiēda:alioquin quilibet uicinus patibulo ſe pro uoto liberaret ad tempus ,& totiens quotiēs. Quod nota:quia nunc rome ubi eſt malorum oīum ſuffragiū,quidā hac ratione hereticum tuentur,qui confeſſionem ſpontaneā multotiens factam reuocauit :ſiſus auxilio alicuius cardinalis.

¶ Punctum ſecundū. Suſpicio aūt unde interdū ſententia emergit,multis dictis abſoluitur.¶ Primū. Glo.in ca.nos in queq̄.2.q.1.dicit quatuor eſſe modos conuincendi reum:aut iure.ſ.inſtrumētis & teſtibus:aut facti euidentia de cohabi. cle.tua:aut iuris interpretatione:ut ſepius citatum eſſe reum.3.q.9,decreuimus:aut ſuſpicione uiolenta.32.q.1.dixit. Canoniſte uero ſuſpitionem tripharīā ſm antiqua iura diuidunt:& prima eſt temeraria: que in reū nihil iure operatur:& de qua.2.q.1.nullum iudicetis ſuſpiciōis arbitrio. Secunda eſt probabilis:& eſt qn̄ aliquid uidetur omnibus aut pluribus aut ſapientibus(tu hic accipe prudentibus)& his aut omnibus aut pluribus aut precipuis:ut patet ex diffinitione pbabilis apud ari.in lib.topi.Et hec inducit purgationē canonicam.2.q.4.preſbiter :admittitur etiā ad ſemiplenam probationē de preſump.i multis.i.ad probationē coadiuuat,ſi alia adſint adminicula . Tertia ē uiolenta:que condēnationem inducit:de qua illud hiero. itelligitur.32.q.1. dixit:uxor dimitti poteſt propter fornicationē aut fornicationis ſuſpicionem.Et iſta eſt duplex:quedam .ſ.iuris & de iure:ut cum ius fingit & ſtatuit aliquid ſuper facto:cōtra quā probatio non admittitur:de ſpō.nec qui fidem:ueluti ſi data fide de cōtrahendo ſequitur copula,mm̄ preſumitur:quedam uero eſt iuris, ſed non

ſed non de iure : ut ubi ius preſumit' ſed non ſtatuit : ut ſi uir cū
mulieri cohītauit, p̄ſumitur cognouiſſe .27.q.1.dixit : & ꝯtra hāc
admittitur probatio. ¶ Secundū Quantū uero attinet ad noſtrum
inſtitutū & noua iura, ſuſpicio probabilis diuiſa, tria nobis mēbra
parit ſuſpicionis : q̄ ſunt modica, magna, maxima. Prima .i. parua
in iure uocatur leuis: ut in ca. accuſatus de here. li. 6 ꝙ .ſ. leuibus cō
iecturis oriatur: & parua uel modica, ꝙ paruis indiciis ſeu modi-
cis conſtet: & pro hac punitur ſtrigimaga: nō tm̄ pena relapſi. Exē
plum in ſimplici hereſi: ſiqui occulta cōuenticula celebrāt, aut ui-
ta uel moribus a cōi uita fideliū deuiant: de here. excōicamus pri-
mo. Exemplū in hereſi ſtrigimagaꝝ: ſi in angulis cōuenticula cele
brant, aut in tēporibus anni ſacratioribus in cāpis uel ſiluis nocte
uel die, aut ſi ſeorſum alique reperiantur nō frequētantes ex mo-
re diuina aut modis conſuetis, aut cū ſuſpectis maleficis ſecretas
familiaritates cōtrahere: eiuſmodi .n. ſaltem leui ſuſpicioni de he-
reſi ſubiacēt: qppe ꝙ talia crebro eiuſmodi heretici facer̄ ꝯſueuer̄t.
De hac leui ſuſpicione hētur. C. de here. li. 3. in fi. ubi dicitur hereti
corum uocabulo cōtinentur: & latis aduerſus eos ſententiis debēt
ſuccūbere, qui uel leui argumēto a iudicio catholice religionis &
tramite detecti fuerint deuiare: quod dictū ho. in ſum. ti. de p̄ſum.
§ fi. exponit ꝙ heretici leui argumēto deteguntˀ quātū ad hoc ꝙ
ſuſpecti habeantˀ tm̄ nō debēt ut heretici hr̄i: adde tm̄ ꝙ ſubiiciūtur
ſentētiis datis p leui ſuſpiciōe, nō aliter. Secunda uero ſuſpicio .i.
magna, in iure uocatur uehemēs ſiue fortis : de qua rurſus in di.
ca. accuſatus : ubi dicitur ſuſpicio magna & uehemēs: ubi li & non
copulatiue ſed expoſitiue teneˀ ſm io. an. ibi: uehemens aūt idem
eſt qđ fortis ſm archi. ibi: & ſic dr̄ ꝙ niſi uehementibus & fortibꝰ
defenſionibus repellaˀ. & rurſus ꝙ ex uehemētibus magnis & for
tibus ꝯiecturis emergat. Exēplū in ſimplici hereſi: aliq eos qui ſciū
tur heretici eē occultāt, fauorē īpendūt, aſſociāt, uiſitāt, mūera of
ferūt, recipiūt, defēſant & eiuſmōi faciūt. Et ſimiliter cognoſcuntˀ
circa hereſim ſtrigimagaꝝ: eo ꝙ ſuſpicio oriaˀ qa pticipāt cū eis
ī crimīe. Et hec patēt p dicta archi. in. d. ca. accuſatꝰ. Tertia ſuſpicio
eſt maxīa, & in iure uocaˀ uiolēta ca. cū ꝯtumacia. & ca. accuſatus
de her̄. li. 6. Que & ſic dr̄ ꝙ uiolētet & cogat ad credēdū : nec qua
cunqꝫ tergiuerſatione refelliˀ: uel ꝙ ex indiciis & ꝯiecturis ꝯuincē

ribus emergat. Exẽplum in ſimplici hereſi. Siqui hereticos adora uerint. i. reuerentiã ſuo more exhibuerint, ↄſolationẽ uel cõionẽ ab eis acceperint, uel ſimilia q̃ ad eoꝝ ritũ attinent ꝑpetrauintq́ ↄuicti ſunt p ca. filii. & p ca. accuſatus de here. i 6. & p no p archi. ſuper ca. quicunq́ʒ hereticos. & in uerbo credentes eo. ti. li. 6. cũ nõ ſit dubium eos ita facere in credentiã heretice prauitatis. Et in hereſi ſtrigimagarum a ſimili. Siqui patrant pertinẽtia ad ritum ſtrigimagarum, in uerbo: ut tu ſenties in breui quid tibi cõtinget. & ſequitur effectus: & ſimilia. Et ſimiliter in effectu: ut ſolo tactu inficiendo hoiem aut beſtiã: & eiuſmodi. Hi.n ubi laborant infamia ſunt cõuicti. ¶ Tertiũ. Igitur ſuſpecti de ſtrigimagarũ ſecta triplices ſeu certe tripliciter hoies ſunt: leuiter, uehementer, uiolenter. Et leuiter quidẽ, qui talia leuia ſeu modica peragunt, ꝙ ex his leuis aut modica ſuſpicio emergat: qui q̃uis heretici minime habẽdi ſint, his tñ indici debet canonica purgatio: de here. excõicamꝰ primo. uel tanq̃ pro leui ſuſpicione abiuratio: ut p ca. accuſatus patet. in. 6. eo. ti. non tñ punietur ut relapſus ſi deinde hereſim committat: ut ibi liquet. Quidã uero ſunt ſuſpecti uehementer: ut dictum eſt: qui licet nec ſint heretici nec ut heretici dãnandi: ut liq̃t in ca. literis. §. quocirca de preſump. tñ talibus debet mãdari ut abiurent uniuerſaliter oẽm hereſim, ac ꝑticulariter in quã inciderũt ut in ca. accuſatus de here. in. 6. & p ca. inter ſollicitudines de pur. & per capi. lr̃as de preſump. Et ex uerbis. d cap. accuſatus, patet ꝙ poſt abiuratiõẽ in triplici caſu pena relapſoꝝ plectuntur: primo ſi relabaẽ i hereſiʒ de q̃ erat ſuſpectus uehementer. ſecundo ſi hereſim in gñe abiurauit, & in aliã labitur. tertio ſi hereticos receptat & deducit, uiſitat, aſſociat, dona mittit, aut eis fauet. Quod ſi ad mandatũ iudicis talis abiurare recuſet: quidã dicunt tradendũ brachio ſeculari ẜm ca. ad abolendã. §. in p̃nti. de here. quod nõ bene probat: q̃a nõ loquẽ de uehemẽter ſuſpecto ſʒ de manifeſte depreheñſo: cũ quo agitur rigoroſius. Vñ melius alii dicunt procedendum per ca. excõicamus primo. eo. ti. §. qui uero ſola. unde excõicatione plecteẽ: in qua ſi anno integro durarit, ut hereticus dãnabitur. Quidã uero ſuſpecti ſunt uiolenter: ut etiã patuit: & hi ut heretici ſunt habendi. Vnde ſi crimen fatentur & uolunt redire, abiurata hereſi ad penitentiã admittuntur per ca. ad abolendã. & per

ea.excōſcamus ſecūdo.eo.ti. Si uero abiurare recuſant tradendi ſunt curie ſeculari p.d.ca.ad abolendā.§.primo.Si aūt crimē non fatetur poſtq̄ eſt conuictus nec ꝯſentit abiurare,eſt ut hereticus impenitens ꝯdemnādus p ca.ad abolendā:uiolenta.n.ſuſpicio ſufficit ad dānandum,& probationē in contrariū nō admittit.de preſump.lr̄as.& ca.afferte.¶Quartū.Et quū hec in ſimplici hereſi uera ſint abſq̄ euidentia aut indiciis facti (ſicut infra in 6.mō ſententiandi patebit:ubi qs ut hereticus dānat̄ ēt ſi ī re nō ſit hereticus) quāto magis circa hereſi; ſtrigimagaꝝ: ubi ſemp cōcurrit aut euidens factum in pueris,hoībus uel iumentis:aut indicium facti.puta per inſtrumēta reperta.Et licet in ſimplici hereſi penitētes & abiurantes,ad pniam & perpetuos carceres admittant̄: in hac tn̄ hereſi licet eccleſiaſticus iudex ut ſic recipiat ad pniam:laicus tn̄ pōt propter dāna forte facta ultimo ſupplicio interimere.

¶Punctum tertium.Si delatus attentis meritis cāe adhibito peritorum conſilio inuentus fuerit immunis.i.nullo ex predictis modis deprehenſus in hereſi,nec alias de ea infamatus uel ſuſpectus ſententiandi practica. Nos enim talis epiſcopus aut iudex talis dominii attendentes q̄ tu talis de tali loco talis dioceſis fuiſti nobis delatus de tali heretica prauitate:attendētes etiam illa eſſe talia q̄ nequibamus nec debuimus cōniuentibus oculis pertranſire,deſcendimus ad inquirendum ſi predicta fulcirentur aliqua ueritate:teſtes recipiendo,te examinando,& alia faciendo que decebant ſm cauonicas ſanctiones.Eapropter uiſis & diligenter examinatis omnibus actis & actitatis in hac cauſa:habitoq̄ peritoꝝ in iure ac theologica facultate cōſilio,illoq̄ ſepius repetito:ſedentes pro tribunali more iudicis iudicantis,ac habentes pre oculis ſolum deū & negocii ueritatem,ſacroſanctis euangeliis poſitis coram nobis ut de uultu dei iudicium noſtrum prodeat,& oculi noſtri uideāt equitatem:ad noſtram diffinitiuā ſententiā chriſti noīe inuocato deſcēdim⁹ in hunc modū.Quia p ea q̄ uidimus & audiuim⁹ & ꝓducta & oblata acta & actitata ſunt coram nobis in preſenti cā:nō inuenimus aliquid contra te legitime probatū eſſe,de his de quibus delatus fueras corā nobis:pnūciamus declaramus & ſnīaliter diffinimus,contra te non eſſe actum legitime coram nobis,propter quod poſſis aut debeas ut heretic⁹ aut maleficus iudicari,aut

de heretica prauitate aliqualiter ſuſpect⁹ hři: quare a pñti inſtantia inquiſitiõe & iudicio totaliter te relaxam⁹. Lata fuit hec ſnia &c. Cauendũ uero eſt ne in ſnia delatus dicať inſons uel imunis: ſʒ ꝙ nõ fuerit ꝯtra eũ legitime ꝓbatũ: q̃a ſi proceſſu tpis iteꝝ deferať & legitime probeť, põt nõ obſtãte p̃dicta abſolutoria ſnia condemnari. Nota inſup eodẽ mõ abſoluendos eſſe ſi deferantur ali qui de receptatione, defenſiõe uel alia fautoria hereticoꝝ, ubi nihil legitime probať. Et eiuſmodi ſnia quum ſit pro delato non cõtra eum, diuiſim fieri poteſt ab epiſcopo ſolo uel inquiſitore ſolo per ca. multoꝝ. de here. in cle. & ibi glo. io. an.

¶ Punctũ quartũ. Aliqñ delat⁹ examinato ꝓceſſu cũ peritoꝝ cõſilio, inueniť de hereſi diffamatus ſolũ: quod tunc eſt qñ nullo ex dictis modis eſt deprehẽſus, nec indicia aliqua uerboꝝ aut factorum probata ſunt ꝯtra illũ, ſed infamia ſola: quã in cã hereſis non refert apud bonos aut apud malos ẽt uiliſſimos eẽ: quia a quibus põt qs legitime accuſari, apud hos ẽt põt legitime infamari: & tũc hec ſit practica. Nos talis ẽps aut iudex talis dñi, ꝯſiderãtes ꝙ meritis ꝓceſſus facti p nos ꝯtra te talẽ talis dioceſis nobis delatũ de tali heretica prauitate, diligẽter diſcuſſis, de peritoꝝ ꝯſilio: nõ iuenimus te ꝯfeſſum aut ꝯuictum de p̃dicta labe, nec alias ſuſpectũ: niſi ꝙ te reperimus legitime et ueraciter in tali loco apud bonos & malos publice diffamatũ: eapropter ad purgandã eiuſmõi infamiã, & ut odor bonus in cetu fideliũ exiſtat: tibi indicimus canonicã purgationẽ ut iuris ẽ: aſſignãdo tibi talis mẽſis, talis diei, talẽ horã in q̃ corã nobis pſonaliter ꝯpareas, ut ifamiã tuã purges tãta manu uel pſonaꝝ nũero ordinis tui: qui quidẽ cõpurgatores ſint hoĩes fide catholici ac uita probati, & qui tuã ꝯuerſatiõnẽ & uitã nouerũt, nõ tã moderno tpe q̃ trãſacto: ſignificãtes ꝙ ſi in purgatione defeceris, te hẽbimus ꝓ cõuicto: prout uolũt canonice ſanctiones. Eiuſmodi ãt ſnia authores mallei malefic. uideť uelle ꝙ ab iquiſitore ſine ordinario & ecõtra ferri poſſit: ueꝝ ego puto ꝙ nõ: quia ẽ ꝯtra delatũ: qui ſi deficiat dãnatur. Nec obſtat ſi aliquo mõ ſit pro eo: quia odia reſtringi & fauores cõuenit ampliari. de reg. iur. in. 6. & tãto plus q̃to inquiſitor p ſe quidẽ damnat & grauat, iuuat aũt per accidẽs. Et ita tenet directoriũ inquiſitionis. Eiuſmodi tñ ſniam multi tenent poſſe inquiſitorẽ ſine ordinario face

